**Museum anatomicum ... / congestum indefessoque labore perfectum a Johanne Gottlieb Walter.**

**Contributors**

Walter, Johann Gottlieb, 1734-1818.
University of Glasgow. Library

**Publication/Creation**

Berolini : Impensis Scholae Regiae Chirurgicae Militaris Borussicae, 1805.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/mwwsymdt

**Provider**

University of Glasgow

**License and attribution**

This material has been provided by This material has been provided by The University of Glasgow Library. The original may be consulted at The University of Glasgow Library. where the originals may be consulted.
This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

# MUSEUM
# ANATOMICUM,

PER

DECEM, ET QUOD EXCURRIT, LUSTRA

MAXIMO STUDIO CONGESTUM INDEFESSOQUE LABORE PERFECTUM

A

JOHANNE GOTTLIEB WALTER,

A CONSILIIS INTIMIS REGIS BORUSSORUM, MEDICINAE DOCTORE, PHYSICES ET ANATOMIAE PROFESSORE PRIMARIO COLLEGII REGII MEDICO-CHIRURGICI BEROLINENSIS, SOCIETATIS MEDICORUM PARISIENSIS, COLLEGII REGII MEDICI MATRITENSIS, COLLEGII REGII MEDICI EDINBURGENSIS, SOCIETATIS REGALIS SCIENTIARUM LONDINENSIS, ET ACADEMIAE SCIENTIARUM BEROLINENSIS MEMBRO,

NUNC PRO SUMMA

FRIDERICI WILHELMI TERTII

BORUSSORUM REGIS SEMPER AUGUSTI

MUNIFICENTIA AC LIBERALITATE

PUBLICI JURIS FACTUM,

QUA

MAJORA INDE RES MEDICA AC CHIRURGICA

IN POSTERORUM SALUTEM

CAPIAT INCREMENTA.

*Impenſis Seminarii Regii medico-chirurgici militaris Boruſsici.*

BEROLINI.

MDCCCV.

Digitized by the Internet Archive
in 2016

https://archive.org/details/b24924271

# FRIDERICO WILHELMO
# TERTIO

## REGI BORUSSORUM

### JUSTO ET SAPIENTI

MUSEUM ANATOMICUM

PIA ET DEVOTA MENTE

CONSECRAT

AUCTOR.

# Lectori

## Johannes Gottlieb Walter.

Laeta tandem venit dies, qua superatis tot tantisque impedimentis, descriptionem Musei Anatomici, ex quo opera mea et filii mei jam hausta sunt, et aliquando haurienda erunt, posteritati tradere valeo.

In hoc congerendo, diutius quam decem lustra occupatus, indefesso labore ultra octo cadaverum millia vel ipse secui vel a discipulis meis secta vidi.

Singulari divinae providentiae tutela suffultus, tanto labori sustinendo fui par; saepe periculosissimis morbis

conquassatus, exsurrexi; saepe inimicis auctoritate et malignitate timendis restiti.

Licet via, quam supremum Numen me ambulare jussit, aspera fuerit; attamen me, corpore et mente sanum, vegetum et felicem servavit septuagenarium. Huic itaque sit laus et gloria in saecula saeculorum.

Decreveram equidem, fusiorem musei historiam exhibere, et in ea sectione, quae de partibus morbosis agit, sedem et causam morborum hominum, cum illis brutorum comparare. Neque minus mihi animus fuit, indicandi praeparatorum modum quo confecta sunt, et encheireses longa experientia confirmatas explicandi, quibus vasa mercurio, vel fluidis vel massis variis coloribus tinctis, qui neque in foco microscopii, neque vi ignis mutantur, optime sunt replenda et per saecula conservanda. Finem tandem, in quem quodlibet praeparatorum constructum fuit, monstrare volui.

Consilium vero mutavi. Praevidi enim, opus, licet cuilibet naturae scrutatori, medico et chirurgo perutile, justo majus futurum.

Opus hocce filii mei humeris, senex imponere consultius judicavi, qui a tenera aetate fidum sese laborum meorum, quos in anatomia suscepi, socium atque adjutorem praebuit, et qui, si citius vitae meae ruit hora, eos nervos, mihi magnopere curae cordique, nervos mammarum puta, quorum descriptio, in tractatu meo, (*de structura mammarum sexus sequioris nuperrimis observationibus et experimentis superstructa*), quem Alexander Bernhard Kölpin pro summis in medicina honoribus obtinendis Gryphiswaldiae 1764, defendit, mihi minus placet, porro conjunctionem plexus mesenterici superioris cum inferiori, et tandem partium genitalium virilium nervos, describere, et eorum historiam elegantissimis figuris ornare sustinebit.

Sic aliquando, nervorum thoracis et abdominis tabulae, a me anno 1783 publici juris factae, completentur.

Quem L. cernis thesaurum anatomicum, merito habeas talem, cui neque remotissimorum temporum, neque nostrae aetatis, respectu divitiarum, elegantiae vel dignitatis, ullus par sit putandus, hunc a Rege nostro augustissimo, communi saluti comparatum, cuilibet nunc licet adire.

Insuper nihil amplius est mihi in votis, nisi, ut omnes qui museum hoc viderint, sapientiam et magnitudinem summi Numinis commirentur, et dicant:

Homo!

Nosce te ipsum.

# PROSPECTUS
# MUSEI ANATOMICI.

# PROSPECTUS
# MUSEI ANATOMICI.

## PARS PRIMA.

*Praeparata anatomica, quae in spiritu vini, vel liquore apto, conservantur.*

## SECTIO PRIMA.

### EX HOMINIBUS.

### NATURALIA.

Numerus prior indicat summam praeparatorum cujuslibet speciei; alter singulo praeparato in Museo praefixum.

22. *Cerebrum.* 1 — 22.

15. *Nervi.* 23 — 37.

21. *Vasa sanguifera.* 38 — 57.

176. *Visus.* 58 — 233.

24. *Gustus. Manducatio. Deglutitio. Loquela. Vox.* 234 — 257.

2. *Olfactus.* 258. *a.* 258. *b.*

21. *Tactus.*

*Cutis, Cuticula, Ungues, Pili.* 259 — 278.

5. *Auditus.* 279 — 283.

15. *Cor.* 284 — 298.

4. *Pulmo.* 299 — 302.

14. *Hepar.* 303 — 316.

24. *Veſica fellea.* 317 — 340.

6. *Lien.* 341 — 346.

10. *Oeſophagus. Ventriculus.* 347 — 356.

1. *Omentum majus.* 357.

33. *Pancreas. Inteſtina.* 358 — 390.

10. *Ren.* 391 — 400.

13. *Virilia.* 401 — 413.

   3. *Vesica urinaria.* 401 — 403.

   1. *Scrotum.* 404.

   4. *Penis.* 405 — 408.

   3. *Testis.* 409 — 411.

   1. *Vesiculae seminales. Musculi perinaei.* 412.

   1. *Vasa sanguiſera partium virilium.* 413.

39. *Muliebria.* 414 — 452.

   35. *Partes genitales perfecte virgineae.* 414 — 448.

   4. *Partes genitales ſeminarum, quae jam partum peregerunt.* 449 — 452.

134. *Conceptus.* 453 — 572.

7. *Mola.* 453 — 459.

4. Ordinaria. 453 — 456.

3. Vesicularis. 457 — 459.

50. *Ovulum.* 460 — 505.

21. Nondum apertum, continens embryonem. 460 — 479.

26. Apertum. Embryo e fune pendet. 480 — 503.

3. Gemellorum. 504. 505. et 3005.

37. *Embryones sine placenta.* 506 — 533.

1. Gemelli. 3014.

3. Trimelli. 531 — 533.

2. *Infans aethiopicus.* 3015. et 534.

22. *Uterus.* 535 — 556.

8. Gravidus. 535 — 542.

3. In quo sectio caesarea facta. 543 — 545.

11. Puerperae. 546 — 556.

16. *Placenta.* 557 — 572.

9. Ordinaria. 557 — 565.

5. Gemellorum. 566 — 570.

2. Trimellorum. 571 — 572.

16. *Differentia inter ſoetum et adultum.*
573 — 588.
1. *Mamma.* 589.
24. *Origo oſſium.* 590 — 613.
2. *Glandula articularis Haverſii.* 614. 615.
4. *Dentitio.* 616 — 619.
13. *Vermes inteſtinales.* 620 — 632.

---

649. Summa praeparatorum primae Sectionis.

674. Cor hirsutum.

675. Steatoma in apice cordis.

676. Incrassatio pericardii et ventriculus cordis anterior perforatus.

677. Cor, in quo compressio arteriae aortae, praeprimis arteriae pulmonalis et bronchorum arteriae asperae per glandulas lymphaticas induratas observatur.

678 — 689. Anevrisma arteriae aortae.

690. Anevrisma arteriae cruralis.

691. Anevrisma arteriae lienalis.

## 4. *Hepar.* 692 — 695.

692. 693. Meliceris in hepate; parietes sacci ossificati sunt.

694. Hydatides in hepate.

695. Lamellae lymphaticae, in hepatis receptaculo contentae.

## 6. *Vesica fellea.* 696 — 701.

696. Vesica fellea valde dilatata, hydropica, liquidum brunnum continens.

697. Incrassatio membranarum vesicae felleae.

698. Hydatides in vesica fellea.

699. Vesica fellea bilem claram, albam et limpidam cum calculis continens.

700. Vesica fellea hydropica in cujus cervice haeret calculus.

701. Vesica fellea, quae calculum continebat.

## 4. *Ventriculus.* 702 — 705.

702. Ventriculus ulcere perforatus.

703. Ulcus cancrosum et excrescentiae in villosa ventriculi.

704. Ventriculus ex laqueo suspenso.

705. Ventriculus cum steatomate pylori.

## 5. *Intestina.* 706 — 708.

706. Diverticulum jejuni.

707. Intestinum colon, cujus membranae incrassatae et orificia mucosa insigniter aucta sunt; tanquam cribrum apparet.

708. Incrassatio tunicarum intestini jejuni, coeci et coli; processus vermiformis prater naturam magnus est.

## 6. *Ren.* 709 — 713.

709. Ambo renes inter se concreti, figuram referunt semilunarem.

710. Ren perparvus.

711. Hydrops renis et gangraena renis.

5024. Ambo renes pus cum sanguine mixtum continentes.

712. Exulceratio renis.

713. Ren, substantia vasculosa consumta, in ingentem saccum mutatus.

## 4. *Partes in thorace et abdomine.* 714 — 717.

714 — 716. Partes thoracis et abdominis e monstris.

717. Viscera abdominis et pelvis morbosa.

## 12. *Virilia.* 718 — 729.

718. Calculi inter praeputium et glandem penis.

719. Apertura non naturalis urethrae et hydrocele in sinistro latere

720. Glandula prostata in ingentem molem extensa.

721. Glandula prostata in saccum satis amplum permutata.

722. Caput epididymidis in saccum herniosum mutatum.

723. Partes genitales ex adulto, cui testiculus sinister fuit amputatus.

724. Partes genitales infantis recenter nati. Ureteres praeter naturam sunt dilatati.

725. Vesica urinaria cum renibus. Omnes continent calculos.

726. Partes genitales ex adulto, per operationem lateralem calculo vesicae urinariae, liberato.

727. Vesica urinaria herniosa cum calculis.

728. Tuberculum singulare in collo vesicae urinariae.

729. Vesica urinaria, cujus facies anterior pure erosa et substantia valde incrassata est.

## 6. *Herniae.* 730 — 735.

2. *Ex viris.* 730. 731.

2. Hernia inguinalis. 730. 731.

4. *Ex feminis.* 732 — 735.

3. Hernia umbilicalis. 732 — 734.

1. Hernia cruralis. 735.

## 49. *Muliebria.* 736 — 784.

736. Tuberculum insolitum in vagina.

737. Tuberculum insolitum in vagina, et uterus hydropicus.

738. Urethra per coitum dilatata.

739. 740. Clitoris morbosa.

741 — 745. Prolapsus vaginae.

746. Prolapsus vaginae cum hydrope ovarii.

747. Polypus uteri deligatus.

748. Polypus uteri deligatus, cujus interior substantia dura et ossea.

749 — 753. Polypi in utero adhuc haerentes.

754 — 756. Polypi in utero adhuc haerentes, vel cum calculis vel cum steatomate uteri.

757 — 764. Calculi et steatomata uteri.

765. 766. Hydrops uteri.

767 — 770. Uterus membranaceus praeter naturam tenuis.

771. 772. Uterus bifidus.

773. Intumescentia labiorum oris uterini.

774. Cancer uteri.

775. 776. Hydrops ovarii.

777. Steatoma ovarii.

778. Ovarium deficiens.

779. Hydrops tubae.

780. Tubae et ovarium inter se cum utero concretae.

781. 782. Polypus vesicae urinariae.

783. Calculus in vesica urinaria.

784. Uterque ureter perfecte clausus.

## 1. *Saccus haemorrhoidalis.* 785.

## 1. *Prolapsus intestini recti.* 786.

## 6. *Conceptus.* 787 — 792.

787. Conceptio in ovario.

788. Conceptio abdominalis.

789. Conceptio abdominalis; foetus est incrustatus et induratus.

# SECTIO SECUNDA.
## EX HOMINIBUS.
## NON NATURALIA.

### 10. *Cerebrum.* 633 — 642.

633. Cerebrum, cerebellum et medulla oblongata, ex monstro.

634. 635. Cranium cum cute capitis, dura mater, cerebrum, cerebellum et medulla oblongata. Ambo oculi, methodo Varolii excisi, cum cerebro cohaerent. Horum sinister morbosus est. Ex femina, cui viginti annos ante obitum, cranium trepano apertum fuit.

636. Concrementum osseum in hemisphaerio sinistro cerebri.

637. Steatoma in ventriculo anteriore sinistro cerebri.

638. Concrementum osseum in pia matre.

639. Steatoma in hemisphaerio dextro cerebri.

640. In hemisphaerio sinistro sexta pars circiter deficit.

641. Steatoma durae matris.

642. Excrescentia steatomatosa durae matris,

### 20. *Visus.* 643 — 662.

643. Staphyloma.

644. 645. Hypopyon.

646. Oculus dexter cataracta adfectus.

647. Oculus sinister, in quo ulcus corneae observatur.

648. Orbiculus ciliaris, materia terrestri repletus.

649. Segmentum posterius choroideae in os mutatum.

650. 651. Corpus ciliare et uvea in corpus solidum osseum conoideum mutata.

652. 653. Ambae membranae choroideae in os mutatae; lentes deficiunt. In oculo dextro, loco lentis, conus osseus ortus est.

654. Macula in cornea.

655 — 662. Oculi morbosi in quibus decussationem et conjunctionem nervorum opticorum videre licet.

## 1. *Olfactus.* 663.

663. Polypus in canali nasali.

## 2. *Cutis. Ungues.* 664. 665.

664. Morbus ab anglis *Porcupine* appellatus.

665. Unguis pollicis pedis praeter naturam longus.

## 2. *Pulmo.* 666. 667.

666. Pulmo dexter, pure erosus.

667. Pulmo sinister usque ad truncos majores arteriae pulmonalis, arteriae asperae et venarum pulmonalium, consumtus.

## 24. *Cor. Vasa.* 668 — 691.

668. Pericardium in sinistro latere deficiens.

669. Pericardium tribus in locis ossificatum.

670. Lapillus in superficie externa pericardii.

671. Ventriculus cordis posterior duplo major quam anterior.

672. Duae valvulae semilunares arteriae pulmonalis.

673. Duae valvulae semilunares arteriae aortae.

2. *Ovulum.* 790. 791.

790 Embryo hydrocephalicus sex hebdomadum, in ovulo pendens.

791. Embryo inter sextam et septimam hebdomadem, cujus brachium funiculo umbilicali contortum atque cum eo concretum.

1. *Placenta.* 792.

60. *Monstra.* 2989 — 835.

21. *Germanice* Katzenköpfe *appellata.* 2889 — 810.

8. Prima species. 2989 — 2990.

13. Secunda species. 799 — 810.

2. *Sine capite.* 811. 812.

35. *Varii habitus.* 813 — 3001.

1. *Hermaphrodita.* 834.

1. *Caput cum collo virginis, cujus facies adspectu horrenda est. Sistit figuram oris vaccini.* 835.

1. *Tumor inter peritonaeum et musculos abdominales.* 836.

1. *Cancer faciei.* 837.

1. *Cancer occultus retro sternum.* 838.

7. *Steatoma.* 839 — 845.

1. *Lapillus in ductu Warthoniano.* 846.

1. *Mala conformatio faciei a lue venerea.* 847.

## 18. *Oſſa morboſa.* 848 — 864.

848. Portio maxillae superioris cum dentibus evulsa.

849. Caries vertebrarum dorsi.

850. Ossa manus cum tendinibus et ligameutis capsularibus e viro chiragra adfecto.

851. Manus sinistra, horrenda spina ventosa adfecta.

852. Manus sinistra, gelu adfecta et gangraenosa.

853. Manus sinistra adulti, cui digitus index est amputatus.

854. Pes sinister, gelu adfectus.

855. 856. Extremitas superior tibiae et fibulae per amputationem resecta.

857. Morbus ab Anglis: *White swelling* appellatus.

858. Glandulae lymphaticae inguinales induratae et nigri coloris.

859. Permutatio musculorum in tendines.

860. Fractura ossis femoris cum ginglymo.

861. Fractura ossis femoris.

862. Luxatio singularis ossis femoris dextri.

863. Tibia fracta.

3002. Elegans specimen necroseos.

864. Caput virginis adspectu horrendum, lue venerea adfectum et feliciter sanatum.

---

251. Summa praeparatorum secundae Sectionis.

# SECTIO TERTIA.

## EX ANIMALIBUS.

## NATURALIA.

2. *Cerebrum.* 865. 866.

2. *Olfactus.* 867. 868.

8. *Cutis. Cuticula. Ungulae.* 869 — 876.

134. *Visus.* 877 — 1010.

77. *Oculi quadrupedium.* 877 — 953.

10. *Oculi amphibiorum.* 854 — 963.

1. *Oculi piscium.* 964.

46. *Oculi avium.* 965 — 1010.

6. *Gustus. Manducatio. Deglutitio. Vox.* 1011 — 1016.

7. *Partes in thorace et abdomine.* 1017 — 1023.

9. *Cor. Pulmo.* 1024 — 1032.

3. *Hepar. Vesica fellea. Lien.* 1033 — 1035.

12. *Oesophagus. Ventriculus. Omentum majus. Pancreas. Intestina.* 1036 — 1047.

5. *Ren.* 3023 — 1051.

5. *Virilia.* 1052 — 1056.

2. *Muliebria.* 1057 — 1058.

7. *Uterus gravidus.* 1059 — 1065.

8. *Generatio singularis.* 1066 — 1071.

5. *Partes in thorace et abdomine avium.* 1072 — 1076.

1. *Tarantula.* 1077.

1. *Scorpio.* 1078.

3. *Vermes intestinales.* 1079 — 1081.

---

220. Summa praeparatorum tertiae Sectionis.

# SECTIO QUARTA.

## EX ANIMALIBUS.

## NON NATURALIA.

4. *Visus.* 1082 — 1085.

1082 — 1085. Oculi bovis cum excrescentia in cornea.

2. *Cor. Vasa.* 1086. 1087.

1086. Steatoma cordis.

1087. Anevrisma rami arteriae mesentericae superioris.

22. *Monstra.* 1088 — 1105.

10. *Quadrupedium.* 1088 — 1095.

8. Varii habitus. 1088 — 2998.

2. Hermaphrodita. 1094. 1095.

12. *Avium.* 3017 — 1105.

1. *Anates gemellae.* 1106.

1. *Ala sinistra fracta et callo reunita.* 1107.

30. Summa praeparatorum quartae Sectionis.
220. ——— ——— tertiae ———
251. ——— ——— secundae ———
649. ——— ——— primae ———

1150. Summa praeparatorum primae Partis.

# PARS SECUNDA.

## *Praeparata anatomica, quae siccata conservantur.*

## SECTIO PRIMA.

### EX HOMINIBUS.

### NATURALIA.

9. *Musculi.* 1108 — 1116.

14. *Cerebrum.* 1117 — 1130.

53. *Vasa.* 1131 — 1183.

  44. *Sanguifera.* 1131 — 1174.

  9. *Lymphatica.* 1175 — 1183.

1. *Visus.* 1184.

1. *Gustus.* 1185.

135. *Dentes.* 1186 — 1320.

  6. *Origo dentis.* 1186 — 1191.

  9. *Dentitio secundaria.* 1192 — 1200.

  8. *Numerus generalis dentium.* 1201 — 1208.

4. *Dens incisivus.* 1209 — 1212.

10. *Dens caninus.* 1213 — 1222.

5. Cum una radice. 1213 — 1217.

5. Cum duabus radicibus. 1218 — 1222.

55. *Dens molaris.* 1223 — 1277.

8. Minor. 1223 — 1230.

5. Cum una radice. 1223 — 1227.

3, Cum duabus radicibus. 1228 — 1230.

47. Major. 1231 — 1277.

5. Cum duabus radicibus. 1231 — 1235.

29. Cum tribus radicibus. 1236 — 1264.

10. Cum quatuor radicibus. 1265 — 1274.

2. Cum quinque radicibus. 1275 — 1276.

1. Cum sex radicibus. 1277.

34. *Dens sapientiae.* 1278 — 1311.

4. Cum una radice. 1278 — 1281.

12. Cum duabus radicibus. 1282 — 1293.

12. Cum tribus radicibus. 1294 — 1305.

5. Cum quatuor radicibus. 1306 — 1310.

1. Cum quinque radicibus. 1311.

2. *Dentes extracti cum portionibus osseis adhaerentibus.* 1312. 1313.

1. *Anchylosis dentium.* 1314.

6. *Varius numerus et habitus dentium.* 1315 — 1320.

10. *Olfactus.* 1321 — 1330.

9. *Tactus.*

*Cutis. Cuticula. Ungues. Pili.* 1331 — 1339.

81. *Auditus.* 1340 — 1420.

2. *Partes in thorace et abdomine.* 1421. 1422.

10. *Cor.* 1423 — 1432.

10. *Larynx. Pulmo cum corde.* 1433 — 1442.

8. *Varia origo vasorum sanguiferorum.* 1443 — 1450.

4. *Diaphragma. Peritonaeum.* 1451 — 1454.

6. *Hepar. Vesica fellea.* 1455 — 1459.

14. *Oesophagus. Ventriculus. Pancreas. Lien. Omentum majus.* 1460 — 1473.

18. *Mesenterium. Intestina.* 1474 — 1490. *a.*

In 1490. processus vermiformis deficit ut in 387. et 1582.

Quantas injurias ventriculus et intestina ferre valeant 1490. *a.* docet.

24. *Virilia.* 1491 — 1514.

3. *Vesica urinaria.* 1491 — 1493.
2. *Scrotum.* 1494. 1495.
7. *Penis.* 1496 — 1502.
8. *Testis.* 1503 — 1510.
4. *Vesiculae seminales.* 1511 — 1514.

2. *Muliebria.* 1515. 1516.

2. *Placenta.* 1517. 1518.

1. *Differentia inter foetum et adultum.* 1519.

1. *Mamma.* 1520.

---

416. Summa praeparatorum primae Sectionis.

# SECTIO SECUNDA.
## E X H O M I N I B U S.
## NON NATURALIA.

8. *Cerebrum.* 1521 — 1528.

1521 — 1528. Concrementum osseum in dura matre.

1. *Visus.* 1529.

1529. Calculus nervo optico incumbens.

3. *Cutis. Ungues. Pili.* 1530 — 1532.

1530. Pollex et digitus quintus pedis supra dorsum reclinati.

1531. Ungues pedis praeter naturam longi.

1532. Plica polonica.

1. *Pleura.* 1533.

1533. Concrementum osseum internae superficiei pleurae lateris sinistri adhaerens.

3. *Larynx. Glandula thyreoidea.* 1534 — 1535. *a.*

1534. Processus osseus, os hyoideum cum cartilagine thyreoidea conjungens.

1535. Glandula thyreoidea in concrementum osseum mutata.

1535. *a.* Struma.

## 7. *Oesophagus. Cor. Vasa.* 1536 — 1542.

1536. Concrementum osseum in oesophago.

1537. Cor e monstro.

1538. 1539. Arcus arteriae aortae osseus factus.

1540. Anevrisma aortae.

1541. 1542. Anevrisma arteriae popliteae.

## 4. *Hepar.* 1543. *a.* — 1545.

1543. *a.* Receptaculum membranaceum in medio hepate repertum.

1543. 1544. Calculus in hepate.

1545. Vena umbilicalis duplex.

## 27. *Vesica ſellea.* 1546 — 1571.

1546 — 1569. Vesicae felleae cum calculis.

1570. Vesica fellea cujus membranae ossificatae cum calculo in collo.

1571. Vesica fellea praeter naturam magna.

## 2. *Ventriculus.* 1572. 1573.

1572. 1573. Ventriculus in medio ita angustus ut in duos saccos divisus appareat.

## 10. *Intestina.* 1574 — 1583.

1574. 1575. Angustatio intestini jejuni.

1576 — 1580. Portiones intestini jejuni cum processibus coecis.

1581. Glandula lymphatica indurata in colo.

1582. 1583. Extensio intestini coli ex strictura.

## 3. *Hydatis.* 1584 — 1586.

1584. Hydatis intestino ileō adhaerens.

1585. 1586. Hydatis mesenterio adhaerens.

## 8. *Ren.* 1587 — 1594.

1587. Ambo renes in unum confluentes.

1588. Ren sinister ossi sacro incumbens.

1589. Ren succenturiatus dexter ad insolitam molem auctus.

1590 — 1593. Renes pure consumti et in vesicam permutati.

1594. In pelvi renali haeret calculus.

## 8. *Virilia.* 1595 — 1602.

1595. Vesica urinaria praegrandis.

1596 — 1598. Calculi in vesica urinaria.

1599. Calculus cum vesica urinaria concretus.

1600. 1601. Hydrocele.

1602. Hydrocele cum calculo.

## 12. *Herniae.* 1603 — 1614.

### 6. *Ex viris.* 1603 — 1608.

1603. Hernia urachi.

1604. Hernia vesicae urinariae et urachi.

1605. Hernia inguinalis.

1606. Hernia inguinalis cum hydrocele.

1607. Hernia scrotalis in utroque latere.

1608. In dextro latere hernia congenita, in sinistro inguinalis.

### 6. *Ex feminis.* 1609 — 1614.

1609. 1610. Hernia abdominalis.

1611 — 1613. Hernia cruralis.

1614. Hernia inguinalis in utroque latere.

8. *Muliebria.* 1615. — 1622.

1615. Hydrops tubae.

1616. Steatoma ovarii dextri.

1617 — 1621. Calculi in utero.

1622. Prolapsus vaginae et vesicae urinariae.

20. *Monstra.* 1623 — 1642.

15. *Hydrocephalus.* 1643 — 1657.

6. *Capita.* 1643 — 1648.

9. *Sceleta.* 1649 — 1657.

10. *Pessaria.* 1658 — 1659. *d.*

41. *Pelvis muliebris.* 1660 — 1699.

3. *Virginea.* 1660 — 1662.

3. *Puerperae.* 1663 — 1665.

12. *Bene conformata.* 1666 — 1677.

10. *Justo minor et male conformata.* 1678 — 1687.

2. *Justo major.* 1688. 1689.

4. *Feminae gibbosae.* 1690 — 3028.

4. *Feminae claudicantis.* 1693 — 1696.

3. *Feminae summae senectutis.* 1697 — 1699.

1. *Secessus ossium pubis.* 1700.

13. *Habitus synchondroseos ossium pubis.* 1701 — 1708. *e.*

---

189. Summa praeparatorum secundae Sectionis.

## SECTIO TERTIA.

### EX ANIMALIBUS.

### NATURALIA.

1. *Cerebrum.* 1709.
4. *Musculi. Vaſa ſanguifera.* 1710 — 1713.
2. *Gustus.* 1714. 1715.
2. *Dentes.* 3030. 3031.
15. *Cutis. Ungulae. Pennae.* 1716 — 1730.
35. *Olfactus.* 1731 — 1761.
    19. *Quadrupedium.* 1731 — 1749.
    2. *Amphibiorum.* 1750. 1751.
    14. *Avium.* 1752 — 1761.
22. *Auditus.* 1762 — 1783.
    13. *Avium.* 1762 — 1774.
    9. *Quadrupedium.* 1775 — 1783.
16. *Larynx. Pulmo. Cor.* 1784 — 1797.
3. *Hepar. Veſica fellea.* 1798 — 1800.

6. *Ventriculus.* 1801 — 1806.

1. *Pancreas.* 1807.

39. *Intestina.* 1804 — 1846.

1. *Mesenterium.* 1847.

3. *Lien.* 1848 — 1850.

8. *Ren.* 1851 — 1858.

8. *Virilia.* 3036 — 1864.

3. *Muliebria.* 1865 — 1867.

1. *Uterus.* 1868.

1. *Placenta.* 1869.

---

171. Summa praeparatorum tertiae Sectionis.

# SECTIO QUARTA.

## EX ANIMALIBUS.

## NON NATURALIA.

1. *Lingua.* 1870.

15. *Monstra.* 1871 — 3038.

 11. *Quadrupedium.* 1871 — 1881.

 4. *Avium.* 1882 — 3038.

1. *Dentes.* 1885.

3. *Pila.* 1806 — 1888.

1. *Monetae argenteae e ventriculo galli domestici.* 1889.

3. *Pelvis.* 1890 — 1892.

24. Summa praeparatorum quartae Sectionis.
171. ——— ——— tertiae ———
189. ——— ——— secundae ———
416. ——— ——— primae ———

800. Summa praeparatorum secundae Partis.

# PARS TERTIA.

## *Concrementa terrea, calculi vel ossa nuncupata. Ex hominibus et animalibus.*

247. *Calculi.* 1893 — 2139.

155. Urinarii. 1893 — 2047.

34. Renales. 1893 — 1926.

32. *Ex hominibus.* 1893 — 1924.

18. Sexus virilis. 1893 — 1910.

10. E rene dextro. 1893 — 1902.

8. E rene sinistro. 1903 — 1910.

14. Sexus feminei. 1911 — 1924.

8. E rene dextro. 1911 — 1918.

6. E rene sinistro. 1919 — 1924.

2. *Ex animalibus.* 1925. 1926.

121. Vesicales. 1927 — 2047.

115. *Ex hominibus.* 1927 — 2041.

99. Sexus virilis. 1927 — 2025.

4. *Sponte exclusi.* 1927 — 1930.

4. Aegroti sunt sanati. 1927 — 1930.

3. *Absque sectione extracti.* 1931 — 1933.

3. Aegroti sunt sanati. 1931 — 1933.

61. *Sectione extracti.* 1934 — 1994.

46. Aegroti sunt sanati. 1934 — 1979.

15. Aegroti sunt mortui. 1980 — 1994.

31. *Post mortem exsecti.* 1995 — 2025.

16. Sexus feminei. 2026 — 2041.

5. *Sponte exclusi.* 2026 — 2030.

4. Aegrotae sunt sanatae. 2026 — 2029.

1. Aegrota est mortua. 2030.

6. *Absque sectione extracti.* 2031 — 2036.

5. Aegrotae sunt sanatae. 2031 — 2035.

1. Aegrota est mortua. 2036.

2. *Sectione extracti.* 2037. 2038.

2. Aegrotae sunt sanatae. 2037. 2038.

3. *Post mortem exsecti.* 2039 — 2041.

6. *Ex animalibus.* 2042 — 2047.

92. Fellei. 2048 — 2139.

91. *Ex hominibus.* 2048 — 2138.

48. Sexus virilis. 2048 — 2095.

2. *Sponte exclusi.* 2048. 2049.

1. Aegrotus est sanatus. 2048.

1. Aegrotus est mortuus. 2049.

46. *Post mortem excisi.* 2050 — 2095.

43. Sexus feminei. 2096 — 2138.

1. *Sponte exclusus.* 2096.

1. Aegrota est sanata. 2096.

2. *Exsecti.* 2097. 2098.

2. Aegrotae sunt sanatae 2097. 2098.

40. *Post mortem excisi.* 2099 — 2138.

1. *Ex animalibus.* 2139.

---

247. Summa calculorum.

35 *Concrementa terrea e diversis corporis partibus.* 2140 — 2174.

22. *Ex hominibus.* 2140 — 2161.

12. Sexus virilis. 2140 — 2151.

1. *Sponte exclusum.* 2140.

1. Aegrotus est sanatus. 2140.

4. *Exsecta.* 2141 — 2144.

4. Aegroti sunt sanati. 2141 — 2144.

7. *Post mortem excisa.* 2145 — 2151.

10. Sexus feminei. 2152 — 2161.

1. *Exsectum.* 2152.

1. Aegrota est sanata. 2152.

9. *Post mortem excisa.* 2153 — 2161.

13. *Ex animalibus.* 2162 — 2174.

---

35. Summa concrementorum.

247. Summa calculorum.

---

282. Summa contentorum tertiae Partis.

# PARS QUARTA.

## *Ossa. Ex hominibus et animalibus.*

## SECTIO PRIMA.
## OSSA MORBOSA.

### 326. EX HOMINIBUS.

6. ***Emollitio ossium.*** 2175 — 2180.

26. ***Intumescentia ossium.*** 2181 — 2203.

 15. *Integra.* 2181 — 2192

  3. *Partialis seu hyperostosis.* 2193 — 2195.

  8. *Tophus.* 2196 — 2203.

7. ***Rachitis.*** 2204 — 2210.

17. ***Spina ventosa ossium.*** 2211 — 2226.

 14. *Prima species.* 2211 — 2224.

  4. A causa externa. 2211 — 2214.

  10. A causa interna. 2215 — 2224.

 3. *Secunda species.* 2225 — 3044.

8. *Gibbus.* 2227 — 2234.

12. *Exostosis.* 2235 — 2240.

6. A causa externa. 2235 — 2240.

6. A causa interna. 2241 — 2246.

27. *Anchylosis.* 2247 — 2269. *a.*

11. *Necrosis ossium.* 2270 — 2280.

3. A causa externa. 2270 — 2272.

8. A causa interna. 2273 — 2280.

93. *Evanescentia ossium.* 2281 — 2373.

58. *Caries interna.* 2281 — 2338.

1. Ab humoribus impuris, aëre insalubri et motu corporis longo tempore omisso. 2281.

3. Ab acrimonia scrophulosa atque variolosa. 2282 — 2284.

7. Ab acrimonia venerea inveterata. 2285 — 2291.

5. Ab inveterata materia venerea cum scrophulosa. 2292 — 2296.

5. A materia scrophulosa. 2297 — 2301.

7. A retropulsis eruptionibus cutaneis. 2302 — 2308.

11. A cancro puro. 2309 — 2319.

19. A miasmate venereo puro. 2320 — 2338.

7. Sanata. 2320 — 2326.

12. Non sanata. 2327 — 2338.

25. *Caries externa.* 2339 — 2363.

14. Ab ulceribus vel pure inter musculos collecto. 2339 — 2352.

11. A laesione partium ossa tegentium orta, quae deinde in suppurationem abiit. 2353 — 2363.

10. *Caries spuria.* 2364 — 2373.

3. A vicinitate vel partium mollium induratarum, vel anevrismatum orta. 2364 — 2366.

7. Destructio maxillarum in summa senectute. 2367 — 2373.

## 94. *Fracturae oſsium.* 2374 — 2466.

22. *Oſsa cranii.* 2374 — 2395.

72. *Oſsa in cartilagine generata.* 2396 — 2466.

27. Homines reunioni non supervixerunt. 2396 — 2422.

45. Homines reunioni supervixerunt. 2423 — 2466.

7. *Oſsa fracta callo ita denuo conjuncta, ut figuram priſtinam et longitudinem naturalem fere retinuerint.* 2423 — 2429.

5. *Oſsa per amputationem reſecta.* 2430 — 3045.

19. *Oſsa fracta deformia.* 2434 — 2452.

17. A feſtucis male collectis. 2434 — 2450.

2. A callo extra limites effuſo. 2451. 2452.

6. *Ginglymus seu articulatio oſsium non naturalis.* 2455 — 2458.

2. Multo ſucco oſseo circumfuſa. 2453. 2454.

4. Pauco vel fere nullo ſucco oſseo circumfuſa. 2455 — 2458.

3. *Interdum fracturis oſsium anchyloſis ſuccedere ſolet.* 2459 — 2461.

5. *Callus ſemper in ſuperficie externa oſsis fracti deprehenditur.* 2462 — 2466.

12. *Luxatio oſſium.* 2467 — 2478.

13. *Oſſa male conformata.* 2479 — 2491.

## 43. Ex animalibus.

6. *Fracturae oſſium.* 2492 — 2497.

34. *Spath.* 2498 — 2531.

2. *Exoſtoſis.* 2532 et 3049.

1. *Anchyloſis.* 2533.

369. Summa praeparatorum primae Sectionis.

# SECTIO SECUNDA.

## OSSA NATURALIA.

### 421. EX HOMINIBUS.

41. *Sceleton.* 2534 — 2569. *b.*

17. *Embryonis.* 2534 — 2549.

8. *Infantis.* 2550 — 2557.

8. *Adulti.* 2558 — 2563.

5. Viri. 2558 — 3040.

3. Feminae. 2561 — 2563.

8. *Ossa totius corporis, apta ad parandum sceleton.* 2564 — 2569. *b.*

4. Viri. 2564 — 2567.

4. Feminae. 2568 — 2569. *b.*

221. *Caput.* 2570 — 2587.

45. *Adulti.* 2570 — 2614.

25. Viri. 2570 — 2594.

20. Feminae. 2595 — 2614.

9. *Infantis.* 2615 — 2623.

36. *Ad diſsuendum aptum.* 2624 — 2656. *c.*

53. *Diſsutum.* 2657 — 2709.

24. Completum. 2657 — 2680.

29. Incompletum. 2681 — 2709.

43. *Nonnulla ſingula oſsa capitis.* 2710 — 2753.

10. *Calvaria infantis.* 2754 — 2762.

25. *Maxilla inferior.* 2763 — 2787.

## 52. *Truncus.* 2788 — 2835.

4. *Os hyoideum.* 2788 — 2790. *a.*

9. *Columna vertebralis.* 2791 — 2797.

21. *Pelvis.* 2798 — 2818.

4. *Coſtae.* 2819 — 2822.

14. *Os ſterni.* 2823 — 2835.

## 74. *Extremitas ſuperior.* 2836 — 2907. *a.*

31. *Humerus.* 2836 — 2866.

7. *Brachium.* 2867 — 2873.

34. *Antibrachium.* 2874 — 2906.

2. *Manus.* 2907. 2907. *a.*

## 33. *Extremitas inferior.* 2908 — 2938. *a.*

12. *Femur.* 2908 — 2919.

19. *Crus.* 2920 — 2937.

2. *Pes.* 2938. 2938. *a.*

## 49. EX ANIMALIBUS.

49. *Sceleta.* 2939 — 2986.

19. *Quadrupedium.* 2939 — 2957.
5. *Amphibiorum.* 2958 — 2961.
25. *Avium.* 2962 — 2986.

470. Summa praeparatorum secundae Sectionis.
369. ——— ——— primae ———

839. Summa praeparatorum quartae Partis.

21. *Varia.* 3050 — 3070.

## *Summa Praeparatorum.*

| | |
|---|---|
| Primae Partis . . . . . . . . . . . . . | 1150. |
| Secundae Partis . . . . . . . . . . . | 800. |
| Tertiae Partis . . . . . . . . . . . . | 282. |
| Quartae Partis . . . . . . . . . . . | 839. |
| Variorum . . . . . . . . . . . . . . | 21. |
| Summa praeparatorum totius Musei anatomici | 3092. |

Berolini,
die quinta mensis Februarii,
MDCCCV.

Johannes Gottlieb Walter.

# MUSEUM
# ANATOMICUM.

## PARS PRIMA.

# MUSEUM ANATOMICUM.

## PARS PRIMA.

*Praeparata anatomica, quae in spiritu vini, vel liquore apto, conservantur.*

## SECTIO PRIMA.

### EX HOMINIBUS.

### NATURALIA.

## *CEREBRUM.*

1. Cerebrum, cerebellum, medulla oblongata et spinalis cum cauda equina, dura mater cum processibus et sinubus. Arteriae cera rubra felicissime injectae; origo nervorum, et decursus vasorum bene evoluti. E puero quatuordecim annorum. Praeparatum elegantissimum.

2. Cerebrum integrum, cerebellum et medulla oblongata adulti. Arteriae caerulea, venae rubra cera injectae. Cerebrum,

sectione horizontali, ita sectum, ut ventriculi anteriores et tertius sint aperti. In basi cerebri, origines nervorum et decursus vasorum bene evoluti; portiones horizontales haemisphaeriorum cerebri ablatae, in ſundo vitri jacent.

3. Cerebrum usque ad corpus callosum resectum, ventriculi anteriores et tertius aperti, cerebellum, medulla oblongata, et suprema pars medullae spinalis. Origo nervorum, arteriae et venae evolutae. Arteriae rubra, venae caerulea cera impletae; ex viro triginta annorum.

4. Basis cerebri, cerebellum, medulla oblongata, atque suprema pars medullae spinalis. In hoc praeparato videmus origines nervorum cerebri in sensu latiori sumti, et circulum Willisii. Si basis invertitur, sectione horizontali in cerebro facta, apparent tres ventriculi cerebri aperti partesque in iis reconditae. Ex viro.

5. Cerebellum, medulla oblongata et spinalis cum exitu nervorum. Ex viro.

6. Simile praeparatum. Ex viro.

7. Simile praeparatum. Ex viro

8. Simile praeparatum. Ex viro.

9. Simile praeparatum. Ex foemina.

10. Simile praeparatum. Ex foemina.

11. Cerebellum cum medulla oblongata et spinali. Ex infante aliquot annorum; vasa materia ceracea rubra injecta.

12. Cerebellum, medulla oblongata et spinalis. Arteriae cera rubra impletae. Ex infante octo annorum.

13. Medulla spinalis, cujus venae cera flava, arteriae rubra expletae. Ex juvene quindecim annorum.

14. Columna spinalis et portio ossis occipitis, cum medulla oblongata et spinali. Ex infante recenter nato. Arteriae cera rubra felicissime repletae.

15. Simile praeparatum ut 14. Ex infante duorum mensium post partum.

16. Simile praeparatum ut 14. Ex infante quatuor mensium post partum.

17. Portio cerebri, cujus arteriae cera rubra expletae; ex virgine viginti annorum. Per macerationem diu et prudenter continuatam observatur, substantiam corticis et medullae esse arteriosam.

18. Cerebrum, cerebellum, medulla oblongata, pia mater; arteriae rubra cera repletae. Maceratione diurna obtinui praeparatum, quod refert piam matrem arteriis tantum perforari, vasa vero eam nutrientia, tantae esse subtilitatis ut sint invisibilia. Arteriae sunt tam feliciter injectae, ut substantia corticalis et ipsa substantia medullaris, materia ceracea repletae cernantur. Hoc praeparatum itaque monstrat

*primo*, naturam piae matris;

*secundo*, substantiam corticis et ipsius medullae cerebri,

esse continuam seriem decrescentem arteriarum; unde sequi videtur, nervos ex medulla ortos, esse cavos. Ex viro. Sane ornamentum musei.

19. Cerebrum, cerebellum et medulla oblongata infantis quatuor annorum, cujus arteriae rubra et venae viridi cera repletae. Longa maceratione et legitima encheiresi, omnis massa cerebri ita elota, ut cortex et medulla toti quanti rubro viridique colore tincti superbiant. Sane excellentissimum praeparatum, quod demonstrat, piae matris vasa esse invisibilia, et substantiam corticalem medullaremque ex arteriis atque venis esse compositam.

20. 21. 22. Tres plexus choroidei; ex adultis. Venae rubra cera injectae.

## *N E R V I.*

23. Nervi oculi. Praeparatum nevrologicum, eodem modo constructum, quo depictum videmus in Joh. Gottfr. Zinnii *Descriptione anatomica oculi humani*, Goettingae, Tab. VI. Fig. 1. Ex adulto.

24. Caput, collum, tres costae superiores cum vertebris, clavicula cum portione manubrii ossis sterni, scapula et extremitas superior ossis humeri in dextro latere; omnes musculi supradictis ossibus inserti. Cranium in latere sinistro

sectione perpendiculari et horizontali est apertum. Ex viro quinquaginta annorum. Arteriae rubra, venae viridi cera expletae. Praeparatum hoc, ultimos limites in Nevrologia attigisse, facile contendere ausim.

Sequentes nervorum atque vasorum sistit evolutiones:

*Primo*, in dextro capitis latere videmus, omnes nervos faciales superficiales, ast multo numerosiores atque continue arteriis et venis comitatos, quos alii scriptores nevrologici in suis operibus nervorum facialium, descripserunt atque depinxerunt;

*secundo*, in eodem latere dextro evoluti sunt, nervi, arteriae et venae, superficiales et profundi, qui collum et partes ibi collocatas adeunt;

*tertio*, in latere sinistro capitis, omnia ea ossa effracta, quae liberum aditum ad ramos profundissimos nervi quinti paris, et ad vasa arteriosa et venosa impediunt. Hoc facto, videmus, nervos profundos quinti paris, nervos oculi, par sextum, septimum, octavum, nonum nervorum cerebri; nervum intercostalem e sexto et quinto compositum, nec non elegantem decursum chordae tympani. In collo conspicimus ulteriorem progressum, septimi, octavi, noni paris et nervi intercostalis; tandem decursum nervorum cervicalium et eorum numerosas anastomoses. Incredibili patientia, videmus exaratas

arterias et venas, ubique nervos concomitantes, imo plexus venosos et emissaria Santorini, neque a me, neque ab ullo alio adhuc descripta. Elegans et difficile praeparatum nevrologicum; praeparatum fere integri anni.

25. Ossa capitis et colli, septem costae superiores cum vertebris, scapula et clavicula sinistra; ossa cranii sectione horizontali resecta. Cavum oris, lingua, oesophagus, larynx, arteria aspera, pulmones, cor. Ex viro quinquaginta et aliquot annorum.

In hoc praeparato sequentes nervi sunt evoluti:

Nervi faciales in utroque latere, nervi linguae, oris, pharyngis et laryngis, primum, secundum, tertium, quartum et quintum par nervorum cervicalium singulari studio elaborati;

octavum, nonum par nervorum cerebri et nervus intercostalis in utroque latere colli et thoracis decurrentes et ad collum, pulmones atque cor surculos mittentes. Labor multorum mensium.

26. Capitis, colli et thoracis ossa. In dextro latere cranium sectione perpendiculari et horizontali apertum. Costae cum sterno ita resectae, ut liber in cavum thoracis pateat prospectus. Extremitas dextra resecta. Sinistra cum thorace cohaeret.

In hoc cadavere sequentes praeparationes nevrologicae sunt factae:

*Primo*, in dextro capitis latere, omnes rami profundi et superficiales nervorum, ad oculum, nasum, faciem, cavum oris, ambulantium, sunt evoluti;

*secundo*, nervi colli et thoracis bene sunt praeparati;

*tertio*, in latere sinistro capitis, omnes nervi faciales conspiciuntur;

*quarto*, nervi colli et totius extremitatis superioris sinistrae sunt explicati. Ex viro triginta quatuor annorum.

27. Caput, collum, septem costae superiores, pharynx, oesophagus, larynx, arteria aspera, pulmones et cor; rami arcus aortae leniter cera rubra expleti. Ex juvene viginti quinque annorum. In hoc praeparato, origo atque decursus omnium nervorum, ramos ad cor mittentium, vel, quod idem est, nervi cardiaci, bene perfecti.

28. Integrum cadaver adolescentis viginti annorum; arteriae et venae totius corporis ceracea materia expletae: arteriae nempe rubra, omnes venae et vena portarum viridi.

In hoc cadavere evoluti sunt:

*Primo*, profundi rami quinti, sexti, septimi, octavi, noni paris nervorum cerebri, et intercostalis nervus; hinc omnes nervi faciei, oculi, oris, nasi, linguae, pharyngis et laryngis;

*secundo*, omnes arteriae et venae, quae dictos concomitantur nervos;

*tertio*, nervi, arteriae et venae colli, humeri et thoracis dextri lateris;

*quarto*, omnes nervi, arteriae et venae viscerum abdominis et pelvis;

*quinto*, in latere dextro, nervi, arteriae, venae et musculi extremitatis inferioris elaborati. Multorum mensium difficilis labor.

29. Caput, vertebrae colli, dorsi, lumborum, costae usque ad angulum earum resectae, os sacrum et coccygis, os innominatum in dextro latere demtum, in sinistro autem relictum. Ex viro quadraginta annorum. Cavum oris, lingua, pharynx, larynx, omnes musculi, has partes moventes, arteria aspera, oesophagus, omnia quae continentur viscera in cavitate thoracis et abdominis, scrotum cum partibus genitalibus externis.

In hoc cadavere praeparatum est, quintum, septimum, octavum, nonum par nervorum cerebri et nervus intercostalis. Omnes ac singuli rami, quos edunt supra nominati nervi, in collo, thorace, abdomine et pelvi, summo studio sunt evoluti; neque minori diligentia nervi penis et scroti sunt praeparati. Labor plurium mensium.

30. Cadaver foeminae, ex quo sunt desumptae, splendidae tabulae nervorum thoracis et abdominis, quas Berolini edidi, 1783. Omnia viscera vasa et nervi bene conservati. De his nervis nihil est, quod dicam, cum eleganter depicti et omnes

anatomici sint admirati, hoc tantum dicam, stupendo labore esse evolutos.

31. Caput viri triginta annorum. Collum, thorax, abdomen, pelvis, cujus os innominatum dextrum sublatum. Extremitas superior dextra atque sinistra, et femur sinistrum medium serra resectum. Omnia viscera thoracis et abdominis. Arteriae rubra, venae viridi cera repletae.

In hoc cadavere, adhuc ulterioribus disquisitionibus nevrologicis destinato, nervi extremitatis superioris sinistrae summo studio sunt praeparati. Opus quatuor mensium.

32. Extremitas inferior ossis brachii, antibrachium et manus lateris dextri. Ex viro triginta sex annorum. In hoc praeparato videmus omnes musculos et nervos antibrachii et manus, praeprimis vero nervos profundos, ad musculos lumbricales, proprios pollicis, digiti minimi, interosseos internos et externos migrantes.

33. Ossa et musculi capitis, septem vertebrae colli, viri quadraginta annorum; sectione horizontali et perpendiculari in dextro latere capitis, cranium est apertum. In dextro latere maxilla superior et nonnulla ossa sunt effracta, quo melius origo nervi intercostalis et ramorum profundorum quinti paris in conspectum veniant; praeterea sextum, septimum,

octavum et nonum par nervorum cerebri cum omnibus surculis et musculis, quos adeunt, sunt evoluti.

In latere sinistro nervi ſaciales a pari septimo et ramis quinti paris compositi, cum musculis explicati sunt. Labor nonnullorum mensium.

34. Basis cranii, vertebrae colli, dorsi, lumborum, os sacrum et coccygis. In utroque latere costae usque ad angulum suum resectae cum vertebris cohaerent. Tota columna vertebralis usque ad os sacrum cultro et serra ita aperta, ut demta cujuslibet vertebrae media et laterali parte, medulla spinalis, situs et exitus nervorum per ſoramina lateralia distincte in conspectum veniant. In sinistro latere, truncus nervi intercostalis per ganglia vertebralia compositus, praeparatus. Ex adolescente octodecim annorum.

35. Ultimae vertebrae dorsi, os sacrum et coccygis, intestinum rectum, vesica urinaria et partes genitales. Ex viro triginta et aliquot annorum. Inservit hoc praeparatum ulteriori investigationi nervorum partium genitalium, nondum satis finitorum. Arteriae cera rubra saturatae.

36. Vertebrae lumbares, os sacrum et coccygis.

In dextro latere, os innominatum demtum.

In sinistro latere os innominatum est relictum, at idonea sectione os ilei ita est sectum, ut liber aditus ad profunditatem pelvis pateat. Os femoris, medium resectum.

In latere dextro, portiones musculorum abdominalium annulum abdominalem componentes, relictae.

In sinistro latere, omnes musculi, ossi innominato et ſemoris adhaerentes, exarati. Intestinum rectum, vesica urinaria, vesiculae seminales, vasa deferentia, testes, portio inferior cutis abdominis, scrotum, cutis perinaei et natium, penis.

Arteria aorta ad medium ſemur cera rubra repleta et exarata; hinc arterias quoque pelvis et partium genitalium explicatas videre licet.

In dextro latere nervi lumbales, sacrales et partium genitalium perfecti.

In sinistro latere omnes nervi a lumbaribus et sacralibus orti; hinc omnes nervi ad musculos abdominales, musculos ſemoris et pelvis et ad partes genitales internas et externas migrantes, sociis arteriis, praeparati. Ex viro triginta quatuor annorum.

37. Quarta et quinta vertebra lumborum, os sacrum et coccygis.

In dextro latere os innominatum demtum.

In sinistro latere os ilei resectum, ischii vero et pubis, relictum.

Plerique musculi ossi ischii et pubis adhaerentes, soluti.

Portio cutis abdominis inferior, scrotum, cutis perinaei et natium, intestinum rectum, vesica urinaria, vesiculae

seminales, vasa deferentia, testes, penis; arteriae pelvis et partium genitalium cera rubra impletae et evolutae.

In dextro et sinistro latere rami nervorum lumbarium inferiorum et sacralium praeparati. Omnes itaque nervi cum sociis arteriis, ad pelvim et partes genitales internas et externas pervenientibus, studiose evoluti. Ex viro triginta quinque annorum.

## *VASA SANGUIFERA.*

38. Ossa capitis, vertebrae colli, vertebra prima dorsi et prima costa, lingua, larynx, cum arteria aspera, pharynx, oesophagus, glandula thyrioidea, omnes musculi faciei et colli; cranium in dextro latere sectione horizontali et perpendiculari apertum; orbita et maxilla inferior in hoc latere ita sunt effractae, quo orbitae vasa et profundiores rami arteriae carotidis facialis, melius in conspectum veniant. Singulari studio, arteriae cera rubra impletae, superficiales et profundae capitis et colli evolutae; ossa et musculi cera rubra fulgent. Ex viro triginta et aliquot annorum. Est labor nonnullorum mensium.

39. Caput, omnes vertebrae colli, prima costa, lingua, larynx, arteria aspera, pharynx, oesophagus, glandula thyrioidea, omnes musculi tam faciei quam colli; omnes arteriae cera rubra impletae et singulari studio erutae.

In dextro latere rami superficiales arteriae carotidis elaborati; in sinistro effractis nonnullis ossibus, profundissima vasa adeo sunt distincta, ut fines eorundem per foraminula ossium cranii et faciei penetrantia distincte appareant. Ex adulto.

40. Caput adulti cum maxilla inferiore. Calvaria ablata, vertebrae colli omnes, larynx, arteria aspera, pharynx, oesophagus, glandula thyrioidea, musculi faciei, pharyngis, laryngis, ossis hyoidei, colli anteriores et posteriores bene exarati. Arteriae materia rubra injectae. In dextro latere arteriae capitis et colli magis superficiales, in sinistro effractis nonnullis ossibus facialibus, rami profundi carotidis praeparati.

41. Caput sine maxilla inferiore, ambo oculi in cavitate orbitae, cutis faciei, cum superciliis, palpebris, naso externo cartilagineo et auribus externis. Cranium sectione horizontali apertum, ut arteriae rubra, venae flava cera impletae, et nervi oculi exarati conspici queant. Ex puero novem annorum. Hocce praeparatum monstrat venas palpebrarum in summa excellentia.

42. Caput, collum, suprema pars brachii sinistri, dorsum cum costis, pelvis et suprema pars femorum, pulmones cum corde. Ex puella quatuor annorum. Arteriae cera rubra expletae. In hoc praeparato sequentia vasa arteriosa

evoluta: arteriae colli, humeri sinistri, thoracis, vasa posteriora abdominis seu quae sunt extra peritonaeum.

43. Scapula, clavicula, os brachii, ossa antibrachii, et manus dextra; omnes musculi his ossibus adhaerentes; vasa arteriosa cera rubra repleta ad musculos extremitatis superioris decurrunt. Ex infante trium annorum.

44. Vertebrae inferiores dorsi, lumborum, os sacrum et coccygis, os innominatum et os ſemoris sinistrum. In latere dextro sunt ossa amota, diaphragma, musculi abdominales et omnes reliqui musculi supra dicta ossa moventes, praeparati. Omnia viscera abdominis in situ relicta; omnia vasa arteriosa cera rubra injecta, quae ad viscera abdominis, pelvim et femur sinistrum decurrunt, sedulo elaborata; vena portarum cera flava tincta bene exarata; vena cava inferior cum ramis cera flava repleta bene evoluta. Ex puero duodecim annorum.

45. Vertebrae dorsales cum costis inferioribus, vertebrae lumborum, os sacrum et coccygis. In dextro latere os innominatum demtum, in sinistro latere junctum cum osse sacro; femur sinistrum, diaphragma, viscera, quae continet peritonaeum sublata. Arteriae cera rubra, venae flava repletae. In hoc praeparato videmus vasa posteriora abdominis, vasa pelvis et femoris. E puero undecim annorum.

46. Inferior femoris extremitas, patella, crus et pes dexter; omnes musculi crus et pedem moventes; arteriae cera rubra, venae flava expletae et bene evolutae. Ex puero duodecim annorum.

47. Simile praeparatum 46. Ex puero decem annorum. Solae arteriae evolutae.

48. Caput, collum, dorsum, lumbi, pelvis; in latere dextro, costae et os innominatum effractum. Brachii et femoris sinistri pars superior relicta; viscera thoracis, abdominis, partes genitales. Ex puero novem annorum. Arteriae rubra, vena portarum flava cera repleta. In hoc praeparato explicata sunt, vasa cavi oris, colli, viscerum thoracis, abdominis, pelvis, partium genitalium, extremitatis superioris et femoris sinistri. Elegans praeparatum.

49. Lingua, arteria aspera cum pulmonibus, cor et diaphragma; arteriae sunt rubra cera impletae; cera per anastomosin in venas transiit, quae itaque eodem colore tinctae. Vasa operose evoluta; pulmones figuram atque habitum naturalem habent. E puero duodecim annorum.

50. Lingua, larynx, arteria aspera, pleura et partes thoracis. Arteriae rubra cera injectae et evolutae. Ex adolescente quatuordecim annorum.

51. Maxilla inferior, lingua, pharynx, oesophagus, larynx, arteria aspera, glandula thyreoidea; viscera thoracis et abdo-

minis intra saccum peritonaei et extra, orificium ani, penis; vasa sunt explanata, arteriae rubra cera repletae, vena portarum colore flavo injecta fulget. Ex puero duodecim annorum.

52. Simile fere praeparatum 51. Ab hoc tamen in eo differt, quod ad conservandum situm naturalem, columna spinalis cum costis et ossibus pelvis relicta sit. Ex puella undecim annorum. Arteriae et venae per anastomosin rubra cera refertae.

53. Lingua cum suis musculis, larynx, pharynx, viscera thoracis et abdominis. Ex infante quinque annorum; vasa materia ceracea rubra bene injecta, atque eleganter explicata.

54. *a.* 54. *b.* Dimidia pars maxillae inferioris, lingua, larynx, pharynx, viscera thoracis et abdominis. Arteriae rubra, venae flava cera impletae. Ex infante octo annorum.

55. Viscera intra saccum peritonaei; arteriae sunt rubra, vena portarum flava cera injectae. E puella tredecim annorum.

56. Hepar, lien, ventriculus, pancreas, duodenum, jejunum, ileon, coecum, colon, rectum. Arteriae sunt rubra, vena portarum viridi cera injectae et bene extricatae. E puero tredecim annorum.

In hoc praeparato rara existit observatio, lumbricos nempe, ex intestino duodeno per ductum choiodochum in hepaticum et ita in hepar, migrasse.

57. Hepar, ventriculus cum intestino duodeno, omento majori et liene; vasa rubra materia ceracea injecta atque exarata. Ex infante quinque annorum.

## *V I S U S.*

Portio cutis faciei, supercilia, palpebrae cum ciliis et ductibus Meibomianis; glandula lacrymalis, caruncula lacrymalis; puncta cum corniculis lacrymalibus; membrana conjunctiva, segmentum anterius scleroticae, cum musculis huic segmento insertis, has partes oculi externas appellare soleo.

58. — 62. Partes oculi externae, ex quinque embryonibus diversorum mensium. Arteriae sunt cera rubra injectae.

63. 64. Uterque oculus, e foetu octo mensium post conceptionem. Membranae nondum evolutae sunt. Arteriae cera rubra repletae.

65. — 69. Partes externae oculi, e sex variae aetatis infantibus; arteriae cera rubra felicissime impletae.

70. 71. Externae amborum oculorum partes, ex trium annorum infante. Arteriae cera rubra injectae.

72. 73. Externae utriusque oculi partes, ex infante quatuor annorum. Arteriae cera rubra repletae.

74. 75. Externae utriusque oculi partes, ex infante quinque annorum. Arteriae cera rubra injectae.

76. 77. Externae utriusque oculi partes, ex infante sex annorum. Arteriae cera injectae rubent.

78. Externae oculi partes ex adulto. Arteriae cera rubra repletae.

79. 80. Partes externae amborum oculorum, e foemina Aethiopica non admodum nigra.

81. Bulbus oculi, ex adulto. Vagina nervi optici aperta. Musculi bulbo adhaerentes explicati.

82. Oculi bulbus, ex adulto. Musculi scleroticae inserti, sunt evoluti; conjunctiva cum reliquis partibus externis, parti anteriori scleroticae adhaerens, est reflexa.

83. — 86. Quatuor bulbi oculorum, cum musculis atque partibus oculi externis vario modo praeparatis.

87. Partes externae oculi dextri, ex vetula nonaginta quinque annorum. Solae venae rubra cera injectae fulgent.

88. Partes externae oculi sinistri, ex eadem vetula. Venae solae rubra cera felicissime impletae.

89. Externae oculi sinistri partes, ex viro. Arteriae caerulea et venae rubra cera satis expletae.

90. Partes externae oculi dextri, ex eodem viro. Arteriae caerulea et venae rubra cera bene expletae. In 89. et 90. duo vasorum genera in conjunctiva optime apparent.

91. Partes externae oculi dextri, ex infante quatuor annorum. Venae viridi, arteriae rubra cera injectae.

92. Externae oculi sinistri partes, ex infante quatuor annorum. Venae viridi, arteriae rubra cera repletae. Nitidissimi oculi colore conjunctivae variegato, rubro et viridi.

93. 94. Ambo oculi, ex adulto. In oculo dextro nervi optici vagina secundum longitudinem secta, atque in duas laminas divisa. Sclerotica a suo foramine, per quod nervus opticus transit, usque ad corneam bifaria resecta. In sinistro oculo posterior scleroticae, choroideae et retinae pars, et humor vitreus cum lente servatus.

95. Segmentum posterius scleroticae, in quo foramen, quod nervus opticus transit, patet. Ex adulto.

96. — 100. Quinque oculi globi. Ex adultis.

101. — 107. Septem oculi globi, quorum membranae vario modo evolutae. Ex adultis.

108. — 115. Octo oculi globi, quorum membranae vario modo evolutae. Ex adultis.

116. Ambo oculi globi, quorum irides colore brunno pictae. Ex adulto.

117. Ambo oculi globi, quorum irides colore gryseo pictae. Ex adulto.

118. Ambo oculi globi, quorum irides colore nigro pictae. Ex adulto.

119. Ambo oculi globi, quorum irides colore caeruleo pictae. Ex adulto.

120. — 124. Quinque oculi, in quibus membranae, choroidea et retina, praeparatae. Ex adulto.

125. — 129. Quinque oculi, in quibus membranae, choroidea et retina, praeparatae; in nonnullis humor vitreus et lens crystallina a retina jam soluta. Ex adultis.

130. — 132. Plures oculi, in quibus membranae, choroidea et retina, praeparatae; in nonnullis humor vitreus et lens crystallina a retina jam soluta. Ex adultis.

133. Oculus dexter, e foemina Aethiopica. Ablata pars anterior scleroticae, demonstrat colorem iridis nigerrimum in Aethiope.

134. Oculus sinister, ex eadem Aethiopica. Ablata est pars scleroticae anterior.

135. Oculus cum partibus externis, omnibus membranis musculis atque vasis evolutis. Arteriae rubra cera injectae. Ex adulto.

136. Oculus pueri quatuordecim annorum, cujus membrana sclerotica ita secta, ut cornea adhuc paullulum orbiculo ciliari adhaereat, postrema pars scleroticae relicta, intermedia vero destructa. Reliquae membranae cum humore vitreo et lente, integrae cernuntur. Arteriae cera rubra expletae.

137. Bulbus oculi, ex quinque mensium embryone; anterius segmentum scleroticae abscissum, posterius incisum et a choroidea solutum. Elegantissimam videmus membranam pupillarem; arteriae cera rubra expletae.

138. — 141. Quatuor oculi, ex duobus embryonibus gemellis quinque mensium; membranae, praeprimis choroidea et retina, vario modo evolutae. In omnibus membrana pupillaris evidentissime apparet. Lentes crystallinae cum suis capsulis atque arteriis centralibus conspectui se bene praebent. Arteriae cera rubra fulgent.

142. Oculus, ex embryone sex et dimidii mensis post conceptionem, cujus membranae scleroticae anterior pars ablata, ut elegans membrana pupillaris appareat. Arteriae rubra cera injectae.

143. Oculus dexter, ex embryone septem mensium, cujus tota membrana sclerotica destructa: choroidea cum retina secundum longitudinem usque ad orbiculum ciliarem incisa; humores emissi. Arteriae cera rubra impletae et membrana pupillaris foetus elegantissimis vasis picta cernitur.

144. Oculus sinister, ex embryone septem mensium, cujus tota membrana sclerotica demta; choroidea cum retina secundum longitudinem usque ad orbiculum ciliarem incisa; humores adhuc relicti se conspectui praebent. Arteriae cera rubra repletae et membrana pupillaris foetus pariter elegantissimis vasis ornata observatur.

145. Bulbus oculi embryonis septimestris, in quo sola cornea resecta, ut elegantissime in conspectum veniat membrana pupillaris. Arteriae cera rubra ſelicissime repletae.

146. Bulbus oculi embryonis septem mensium eo modo, quo 145. praeparatus et injectus.

147. 148. Ambo oculi, ex embryone septem mensium. Vasa cera rubra repleta. Ablata est in ambobus, pars anterior scleroticae, ut membrana pupillaris nunc in conspectum veniat.

149. Oculus embryonis octo mensium post conceptionem. Anterius scleroticae segmentum est ablatum, et nunc videmus, in hoc mense membranam pupillarem jam rumpi incipere; quod sane jucundissimum praebet spectaculum. Arteriae cera rubra felicissime impletae.

150. 151. Utraque membrana choroïdea, ex infante unius anni, ita eleganter praeparata, ut in una, demta retina atque liquoribus, foramen pateat, quod nervus opticus transit. Altera transversim aperta, bene monstrat processus ciliares et uveam: pendent hae membranae choroideae, filis per foramina nervi optici ductis. Arteriae rubra cera injectae.

152. 153. Ambo oculi infantis novem mensium post partum. Pars anterior scleroticae resecta; pupilla, iris et orbiculus ciliaris in conspectum veniunt. Arteriae rubra cera injectae.

154. — 158. Quinque oculi, quorum membranae choroideae nitidissimam structuram iridis vasculosam et praeprimis arcum ejus anteriorem et posteriorem, monstrant; ex

infantibus aliquot mensium post partum. Arteriae cera rubra repletae.

159. Oculus dexter, ex adulto, in quo fere tota membrana sclerotica ita deleta, ut partis posterioris portio tantum sit relicta. Membrana choroidea cum retina a pupilla usque ad nervum opticum incisa, liquores cum lente emissi. Arteriae cera rubent.

160. Oculus sinister, ex eodem adulto, in quo segmentum anterius scleroticae ablatum, posterius incisum relictum. Vagina nervi optici incisa. Membrana choroidea et retina a pupilla usque ad nervum opticum sunt incisae. Vitreus humor cum lente est remotus, ut iter arteriae centralis pateat. Arteriae cera rubra nitent.

161. Oculus, ex adulto, in quo sclerotica membrana est ablata, choroidea et retina secundum longitudinem incisae et humores emissi. Arteriae ciliares, nervum complectentes opticum, visui se praebent: rubra cera arteriae sunt tinctae.

162. — 167. Sex membranae choroideae et retinae, ex adultis, vario modo praeparatae, quarum arteriae cera rubra fulgent.

168. Oculus, ex adolescente quatuordecim annorum. Segmentum anterius et dimidia posterioris membranae scleroticae segmenti portio ablata. Membrana choroidea et retina secundum longitudinem usque ad nervum opticum incisae. Humor

vitreus et lens demta; arteriae cera rubra expletae; vasa retinae bene se conspectui praebent.

169. — 174. Sex membranae choroideae et retinae, ex adultis, vario modo evolutae; arteriae colore rubro fulgent.

175. Segmentum anterius scleroticae et choroideae, quae ambae per orbiculum ciliarem cohaerent inversae, ex adulto. Arteriae cera rubra splendent. Jucundum spectaculum sistunt processus ciliares et uvea.

176. — 182. Septem membranae choroideae et retinae; ex infantibus variae aetatis, vario modo praeparatae. In omnibus arteriae cera rubent.

183. 184. Hoc vas vitreum continet ambos oculos ex adulto. In dextro oculo videmus nervum opticum, scleroticam abscissam, choroideam et retinam a pupilla usque ad nervum opticum apertas. In sinistro oculo conspicimus nervum opticum et segmentum posterius scleroticae; choroidea a sclerotica separata. Arteriae cera rubra impletae.

185. 186. Nervi optici amborum oculorum; membrana sua vaginali nudi. In dextro longitudinaliter nervus opticus ita sectus, ut arteriae atque venae centralis retinae transitum videre liceat; in ambobus oculis, substantia pulposa membranae retinae, quae in bulbo expanditur, leni maceratione est ablata, ut rami venae centralis plane appareant. Ex puero decem annorum. Vasa rubra cera micant.

187. —— 193. Septem choroideae, ex embryonibus et foetibus diversae aetatis; sunt vel integrae choroideae apertae, ut iter arteriae centralis retinae cognoscatur, vel segmenta anteriora choroideae cum membrana pupillari, hujusque vasis anterioribus et posterioribus, in *Epistola mea anatomica ad* WILHELMUM HUNTERUM, *de venis oculi summatim etc.* Berolini MDCCLXXVIII. depictis. Arteriae colore rubro fulgent.

194. Oculus dexter ex Aethiope adulto, in quo pars anterior scleroticae ablata et e filo libera pendet, pars posterior scleroticae in duobus locis oppositis secundum longitudinem incisa et reflexa est; membrana choroidea a pupilla usque ad nervum opticum aperta atque paullulum reflexa, retina integra relicta et humores cum lente conjunctos includit.

195. Oculus sinister ejusdem Aethiopis, in quo segmentum anterius scleroticae ablatum et libere a filo pendens cernitur; choroidea vero ab orbiculo ciliari usque ad nervum opticum est incisa, ita ut iris integra sit servata.

196. Oculus e foetu octo mensium post conceptionem, cujus cornea deleta, reliqua pars membranae scleroticae usque ad nervum opticum incisa. Choroidea cum retina a pupilla usque ad nervum opticum est incisa; liquor vitreus cum lente emissus; solae venae cera rubra injectae.

197. Oculus ex infante duorum annorum, in quo membrana sclerotica deleta, choroidea cum suis vasis venosis apparet. Solae venae rubra cera saturatae.

198. 199. Ambo oculi ex infante quinque annorum, quorum tota membrana sclerotica ablata; choroidea et retina in dextro oculo a nervo optico usque ad pupillam incisae et reflexae sunt; ita, ut modo leviter retina cum portione ambitus anterioris membranae hyaloideae cohaereat; in sinistro oculo, incisione prope ingressum nervi optici in cavum oculi facta, choroidea et retina ita sunt reflexae, ut cum ambitu anteriori membranae hyaloideae cohaereant. Venae solae cera rubra felicissime expletae; venae iridis superbiunt.

200. 201. Oculi ex infante sex annorum; in ambobus membrana sclerotica ablata. Nervus opticus, membrana choroidea, retina atque humores bene sunt servati, vitreus nempe et crystallinus. Venae solae cera rubra injectae.

202. 203. Ambo oculi ex adulto ita praeparati, ut, resecta sclerotica atque secundum longitudinem aperta, choroidea et retina cum suis vasis venosis bene appareant. In altero oculo substantia nervi optici pulposa secundum longitudinem ita incisa, ut decursus venae centralis sic dictae ad retinam optime pateat. In altero vero, nervus opticus illaesus relictus. Humores in ambobus oculis caute amoti. Solae venae cera rubra injectae.

204. 205. Ambo oculi ex adolescente septemdecim annorum. In dextro oculo membrana sclerotica tota deleta, deinde choroidea a pupilla usque ad nervum opticum aperta, a retina separata atque reflexa; tandem retina adhuc humorem vitreum includens, et cum lente crystallina conjuncta, in situ naturali est relicta. In sinistro oculo sclerotica etiam tota ablata; choroidea incisa ut in dextro, nec vero penitus a retina separata; ita, ut adhuc cum sua parte antica, scilicet cum processibus ciliaribus, lentem atque humorem vitreum comprehendat. Tandem membrana vaginalis et ipse nervus opticus secundum longitudinem est incisus et reflexus. Solae venae cera rubra impletae.

206. 207. Ambo oculi ex adulto. In dextro sclerotica ablata, choroidea a pupilla ad foramen ejusdem est incisa et leniter reflexa, ut retina cum lente in conspectum veniat. In sinistro delata sclerotica, choroidea incisa et a retina separata. Retina est aperta, ut humorem vitreum et lentem videre queamus. Solae venae felicissime rubra cera refertae.

208. 209. Ambo oculi ex adulto. Unus eorum ita est praeparatus: membrana sclerotica ablata, choroidea a parte posteriore retinae soluta, processuum ciliarium ope cum retina, quae integra humores includit, cohaeret. In altero oculo, sclerotica plenarie ablata, choroidea a pupilla usque ad nervum opticum incisa et a retina separata; haec

cum humoribus bene servata; venae solae rubro colore tinctae.

210. 211. Ambo oculi ex adulto. In dextro sclerotica abscissa; choroidea, incisione longitudinali facta, a retina sejuncta, ita ut nunc retina integra appareat. Solae venae cera rubra expletae.

In sinistro oculo scleroticae pars anterior, incisione facta, inversa cum orbiculo ciliari cohaeret; pars posterior recisa. Hoc modo videmus choroideam integram, quae iterum secundum longitudinem incisa, retinae portionem monstrat. Solae venae cera rubra repletae.

212. 213. Membranae ambae choroideae cum retina et lente crystallina, ex infante sex mensium. Solae venae materia ceracea rubra tam feliciter injectae, ut hi oculi sint optimi ratione injectionis venosae.

214. — 221. Octo membranae choroideae, retinae, nervi optici et humores. Ex adultis et foetu. Venae tantum cera rubra impletae.

222. 223. Duae membranae choroideae; arteriae cera rubra, venae viridi optime repletae. Ex infante trium annorum. Hoc praparatum ad injecta felicissime pertinet.

224. Oculus ex infante novem mensium. Segmentum anterius scleroticae, choroideae et retinae fere ex toto abscissum, et unum tantum choroideae filamentum tenet lentem cum ejus

capsula vasculosa pendentem. Arteriae cera rubra subtilissime expletae.

225. — 233. Novem lentes partim nudae, partim adhuc in capsulis inclusae. Ex infantibus diversae aetatis. Arteriae colore rubro fulgent.

## GUSTUS. MANDUCATIO. DEGLUTITIO. LOQUELA. VOX.

234. Caput hominis adulti cum lingua, larynge, pharynge, suprema parte oesophagi et arteriae asperae. In hoc capite, praeparati sunt musculi faciei, linguae, ossis hyoidei, palati et pharyngis.

235. Caput hominis adulti, resecta calvaria. Omnes musculi faciei, linguae, ossis hyoidei, maxillae inferioris, palati, uvulae, pharyngis, bene sunt praeparati.

236. Caput hominis adulti, cujus calvaria sectione horizontali est ablata; maxilla inferior serra per medium fissa. In hoc praeparato notandi veniunt musculi oris, nasi, musculi, qui elevant atque deprimunt maxillam inferiorem, musculi palati, uvulae, pharyngis, ossis hyoidei et laryngis; tandem est systema glandulosum elaboratum.

237. Caput hominis adulti; resecta est calvaria. Omnes musculi faciei, linguae, ossis hyoidei, laryngis et maxillae

inferioris evoluti, systema glandularum bene elaboratum, atque glandulae salivales per ductus excretorios cera rubra repletae.

238. Caput sectione horizontali apertum. Cerebrum exemtum: Vasa arteriosa capitis cera rubra repleta atque exarata, omnes musculi, faciem, linguam, cavum oris, fauces, pharyngem et laryngem moventes, atque systema glandulosum oris bene extricatum. Ex juvene viginti annorum.

239. Cartilago thyreoidea, ex viro, in solidum os mutata.

240. Cartilago cricoidea, ex viro.

241. Cartilago cricoidea cum cartilaginibus arytaenoideis, ex viro.

242. Os hyoideum, cartilagines laryngis et arteria aspera per ligamenta bene praeparata inter se cohaerent. Ex viro.

243. Lingua, epiglottis, os hyoideum, cartilago thyreoidea, cricoidea, cartilagines arytaenoideae, arteria aspera cum suis bronchis. Ex viro.

244. Lingua, epiglottis, os hyoideum, larynx, arteria aspera cum suis bronchis. Strata muscularia in superficie posteriore arteriae asperae bene elaborata. Ex viro.

245. Lingua, epiglottis, os hyoideum, cartilagines laryngis, arteria aspera usque ad divisionem in suos ramos. Musculi qui rimam glottidis dilatant et constringunt, bene extricati. Ex viro.

246. Lingua cum musculis, os hyoideum cum musculis, arcus faucium, uvula, pharynx cum musculis exaratis, pars superior oesophagi, tandem larynx et arteria aspera. Ex viro.

247. Simile praeparatum 246. In hoc vero pharynx et oesophagus, sectione longitudinali, aperti. Ex viro.

248. Lingua, larynx, arteria aspera cum bronchis. E femina triginta annorum.

249. Lingua, e femina quadraginta quinque annorum, elegantem structuram papillarum, foraminis coeci et raphae, monstrat.

250. Lingua cum musculis, os hyoideum cum musculis, pharynx et oesophagus secundum longitudinem aperti, larynx et arteria aspera, ex adulto. Arteriae rubra cera impletae.

251. Maxilla inferior, labia, lingua, os hyoideum, larynx cum arteria aspera, glandula thyreoidea, musculi qui maxillam inferiorem, linguam, os hyoideum et laryngem movent, glandula parotis, submaxillaris et sublingualis in utroque latere, palatum molle, pharynx et oesophagus secundum longitudinem aperti. Arteriae cera rubra felicissime repletae et evolutae. Ex viro sexaginta annorum.

252. Labia, cutis menti et buccarum, os hyoideum, lingua, larynx, arteria aspera, glandula thyreoidea, pharynx et oesophagus secundum longitudinem aperti, glandulae sali-

vales in utroque latere. Arteriae rubra et venae viridi cera injectae atque evolutae; ex adulto. Injectio felicissime successit.

253. Maxilla inferior cum omnibus musculis ei adhaerentibus, os hyoideum cum omnibus musculis, lingua, pharynx cum portione oesophagi, larynx, arteria aspera, glandula thyreoidea, cutis labiorum et buccarum, glandulae parotides, submaxillares et sublinguales cum earum ductibus. Arteria carotis cera rubra expleta et omnes ejus rami ad partes supra dictas migrantes, eleganter explicati. Ex adulto. Praeparatum perpulchrum.

254. Maxilla inferior, lingua, larynx, arteria aspera, pharynx, interna oris, buccarum et palati cutis, uvula, glandulae submaxillares, glandulae sublinguales, glandula thyreoidea et omnes musculi, glandulas tegentes et comprimentes. Arteria carotis, ad has partes surculos mittens, cera rubra injecta atque evoluta. Ex infante trium annorum.

255. Nasus externus, cutis buccarum, menti et labiorum. Ex vetula septuagenaria. Apertura inter labia, i. e. apertura oris, valde angusta apparet. Arteriae cera rubra repletae.

256. Portio cutis faciei, nasi scilicet, oris, buccarum, menti. Ex vetula nonagenaria. Apertura oris stricte sic dicta, i. e. interstitium inter labia comprehensum, perparva est.

257. Caput feminae nonaginta quinque annorum. Cranium sectione horizontali serra ablatum, per mediam partem ossis frontis, ethmoidalis, sphoenoidalis et ossis occipitis; cavum narium usque ad membranam palati serra ita est fissum, ut membrana palati integra servata sit. Maxilla inferior media serra fissa. Omnes glandulae salivales majores et minores, labiorum, buccarum et palati, cum earum ductibus, auris externa in utroque latere, lingua cum suis musculis, pharynx et oesophagus cum musculis, larynx cum arteria aspera, usque ad divisionem ejus in bronchos, glandula thyreoidea, os hyoideum cum musculis bene extricati. Tandem vena jugularis cum omnibus ramis, quos in hoc itinere spargit, bene elaborata; solae venae rubra cera injectae. Praeparatum felicissimum quoad venarum injectionem.

## *OLFACTUS.*

258. *a.* Nasus osseus et cartilagineus cum portione processus alveolaris maxillae superioris et portione ossis frontis. Cartilagines, nasum cartilagineum externum componentes, perfecte cernuntur. Ex viro.

258. *b.* Totum septum narium, h. e. septum cartilagineum atque osseum, portio cutis nasum externum et labia tegentis. Ex viro.

# *TACTUS.*

## *CUTIS. CUTICULA. UNGUES. PILI.*

259. Portio cutis brachii sinistri, cum cuticula reflexa, cui literae H. V. N. inustae. Ex adulto.

260. Portio cutis antibrachii dextri, cui inusti sunt Adam, Eva, duae arbores et serpens. Ex juvene viginti novem annorum.

2987. Portio cutis antibrachii dextri, cui colore rubro inusti sunt duo gladii atque figura globi ingnivomi No. 6. insignita. Ex adulto.

261. Manus sinistra, cui deest digitus index, militis veterani septuaginta duorum annorum, gangraena et sphacelo brachii praegressa, et fracto brachio mortui.

In hoc praeparato felicissime vasa cutis cera rubra expleta; cutis ac vasa restituta quae locum tegunt, quo olim prima phalanx indicis, cum osse metacarpi articulationem iniit.

262. Portio cutis faciei, narium puta, oris, menti et buccarum. Ex infante sex annorum. Arteriae rubra cera injectae. Hoc praeparatum exsiccatum, in liquore apto servatur.

263. Cutis femoris Aethiopis adulti. Portio cuticulae detracta et reflexa.

264. Cutis genu Aethiopis adulti, quae rubra cera arteriis injecta fulget; portio cuticulae caute soluta atque reflexa.

265. Antibrachium et manus dextra adulti Aethiopis. Cuticula volae manus, pollicis, digiti indicis et medii, simul cum unguibus detracta; reliqua cuticulae volae manus, digiti annularis, auricularis, et dorsi manus portio cum cute cohaeret. Injecta cera rubra, antibrachium et vola manus fulgent.

266. Portio cutis brachii ex muliere Aethiopica, cujus epidermis vesicatorio applicato destructa, atque cutis nuda, alba apparet.

267. Cutis, cum nasi, labiorum, buccarum et menti epidermide, ex eadem Aethiopica.

268. 269. Utraque mamma nigerrima, e femina Aethiopica.

270. Portio cutis et cuticulae nigerrimae, regionem umbilicalem tegentis, in qua media umbilicum videre licet. Ex Aethiopica adulta.

271. Scrotum, penis et mons Veneris cum pilis. Cuticula has partes tegens nigerrima est. Ex Aethiope adulto non circumciso.

272. Penis, scrotum, in eo contenti testiculi, et mons Veneris. Nigerrima est cuticula. Ex Aethiope adulto circumciso.

273. Uterus, tubae, ovaria, vagina, vesica urinaria, intestinum rectum, ingens portio cutis abdominis, femorum et natium; hinc quoque montis Veneris crinati, pronaus vaginae, et orificium ani. Cuticula nigerrima est. E femina Aethiopica.

274. Cutis calvariae cum cuticula et pilis lanuginosis, crispis, ex femina Aethiopica.

275. Cutis et cuticula antibrachii et manus dextrae. Ex eadem femina.

276. 277. Cutis cum cuticula nigerrima utriusque cruris et pedis, feminae Aethiopicae.

278. Steatoma ovarii dextri, adipe repletum, innumerabiles pilos continens. Ex femina quadraginta quinque annorum.

## *A U D I T U S.*

279. — 281. Tres aures externae, ex adultis, vario modo praeparatae.

282. 283. Utraque auris externa, ex muliere Aethiopica.

## *C O R.*

284. 285. Duo corda adultorum in sacco pericardii adhuc recondita atque cum pericardio plane concreta.

286. Cor cum vasis majoribus in pericardio reconditum. Ex viro triginta annorum.

287. — 289. Tria corda, quorum cava et vasa majora recte aperta. Quodlibet habet valvulam sic dictam Eustachianam perpulchre reticularem. Ex adultis.

290. Cor, in cujus atrio dextro valvula Eustachiana reticularis prae aliis elegans cernitur. Ex adulto.

291. — 296. Sex corda adultorum, cum truncis vasorum arteriosorum et venosorum. In omnibus pericardium, atria et ventriculi cordis recte aperti cernuntur. In plerisque foramen ovale apertum, apparet.

297. Cor adulti, cujus venae coronariae brunna, et arteriae coronariae, cera rubra injectae.

298. Cor adulti, cujus vasa coronaria ita repleta ut venae colorem luteum, arteriae rubrum referant. Ventriculi et atria cordis cum vasis majoribus injectione vacua et aperta.

## *P U L M O.*

299. Pulmo dexter, ex infante quatuor annorum. Arteriae rubra et venae viridi cera referta.

300. Arteria aspera, bronchi aperti; arteriae bronchiales rubra, venae bronchiales cera lutea felicissime expletae. Ex adulto, praeparatum rarius.

301. Simile praeparatum 300. Ex adulto.

302. Larynx seu caput, corpus et bronchi seu rami arteriae asperae, secundum longitudinem aperti et in liquore apto servati. Ex adulto. Arteriae rubra, venae flava cera repletae. Praeparatum prae aliis elegans.

# *H E P A R.*

Hepata a 303. ad 318. sunt ea, quae filius meus in usum dissertationis suae, sub titulo: FRIDERICI AUGUSTI WALTER, Med. Doct., *Annotationes academicae.* Berolini, typis *Georgii Jacobi Decker*, typographi regii, MDCCLXXXVI, variis coloribus replevit et in sectione *de hepate* descripsit.

303. Hepar per venam cavam materia rubra injectum. Ex infante femina unius anni.

304. Hepar per venam cavam materia rubra injectum. Ex puella septem annorum.

305. Hepar, ex infante quatuor mensium post partum. Totum hepar injecto per arterias colore rubet.

306. Hepar per arteriam hepaticam materia rubra injectum. Ex infante femina trium mensium post partum febre lenta abrepta. Ne guttula quidem materiae injectae vel in ductum hepaticum vel in venam cavam, vel in portarum transiit.

307. Hepar, cujus ductus hepaticus rubra cera impletus. Ex infante octodecim hebdomadum. Materiae rubrae injectae parum in venam portarum, in arteriam vero hepaticam et in venam cavam, nihil penetravit.

308. Hepar, cujus vena cava caerulea, vena portarum brunna, arteria hepatica flava, ductus hepaticus rubra, cera impletus.

Ex adolescente viginti aliquot annorum febre lenta extincto. Vide loco citato pag. 61. Exper. I.

309. Hepar, cujus vena cava flava, vena portarum brunna, arteria hepatica rubra, ductus hepaticus viridi cera repletus. Ex juvene viginti quatuor annorum, phthisi pulmonea mortuo. Pag. 62. Exper. II.

310. Hepar, cujus vena cava flava, vena portarum rubra, arteria hepatica viridi, ductus hepaticus brunna cera refertus. Ex viro triginta annorum, diarrhoea confecto. Pag. 62. Exper. III.

311. Hepar, cujus vena portarum rubra et arteria hepatica viridi cera injecta. E femina triginta aliquot annorum, passionibus hystericis deleta. Pag. 63. Exper. VI.

312. Hepar, cujus vena portarum rubra, arteria hepatica caerulea cera repleta. E femina quadraginta annorum, quae epilepsia exspiravit. Pag. 63. Exper. VII.

313. Hepar, cujus vena portarum brunna cera impleta. Ex juvene viginti octo annorum. Pag. 64. Exper. IX.

314. Hepar, cujus arteria rubra cera, ductus hepaticus brunna impletus. E femina sexaginta duorum annorum. Pag. 64. Exper. VIII.

315. Hepar, cujus arteria cera rubra injecta est. Ex viro quadraginta quinque annorum. Pag. 68. Exper. XVIII.

316. Hepar, cujus vena cava cera caerulea repleta. Ex femina quadraginta trium annorum, passionibus hystericis emortua. Pag. 66. Exper. XIV.

## *VESICA FELLEA.*

317. Hepar cum vesica fellea a cervice usque ad fundum secundum longitudinem aperta. Arteriae rubra et vena portarum viridi cera injecta. E puella quatuordecim annorum. Superficies interna seu villosa membrana vesicae felleae jucundissimum praebet spectaculum.

318. Hepar cum vesica fellea, cujus vena cava caerulea, vena portarum brunna, arteria hepatica rubra, ductus hepaticus flava cera, repletus. Ex viro sexagenario. Pag. 62. Exper. IV.

319. Vesica fellea, a cervice ad fundum usque aperta, ex viro quadraginta quinque annorum. Solae arteriae cera rubra saturatae.

320. Vesica fellea secundum longitudinem a cervice ad fundum incisa et inversa. Ex adolescente viginti aliquot annorum, cujus hepar per venam portarum brunna et per arteriam hepaticam rubra, cera injectum.

321. Vesica fellea cum cervice aperta. Ex adolescente quindecim annorum. Arteriae rubra cera tinctae. Membrana interna panni scarlatini speciem praebet.

322. Vesica fellea aperta. Ex adulto, cujus hepar per arteriam rubra et per venam portarum brunna cera injectum.

323. Vesica fellea aperta, e femina quadraginta aliquot annorum, cujus hepar per solam arteriam hepaticam cera rubra injectum.

324. Vesica fellea aperta, ex adulto, cujus hepar per solam arteriam hepaticam cera rubra injectum.

325. Vesica fellea aperta, ex infante sex annorum. Arteriae et venae cera rubra splendent. Injectio instituta per arteriam carotidem; hinc per anastamosin venae quoque repletae.

326. Vesica fellea aperta, e femina quinquagenaria, cujus hepar per solam venam cavam rubra cera injectum.

327. Vesica fellea aperta, e femina quinquagenaria, cujus hepar per solam venam portarum cera rubra impletum.

328. Vesica fellea aperta, ex juvene viginti annorum, cujus hepar per solam venam portarum, cera rubra refertum.

329. Vesica fellea aperta, ex infante sex annorum, cujus hepar per arteriam rubra et vena cava brunna cera repletum.

330. Vesica fellea aperta, e femina quadragenaria, cujus hepar per solam venam cavam cera rubra injectum.

331. Vesica fellea aperta, ex infante femina unius anni, cujus hepar per solam venam portarum cera rubra saturatum.

332. Vesica fellea aperta, cujus hepar per arteriam hepaticam colore viridi, et per venam portarum rubro tinctum. Ex infante duorum annorum.

333. Vesica fellea aperta eodem modo, quo 332. ejus hepar tinctum. Ex adulto.

334. Vesica fellea aperta, cujus hepar per arteriam hepaticam colore flavo et per venam portarum brunno saturatum. Ex adulto.

335. Vesica fellea aperta, cujus hepar per arteriam hepaticam caerulea et per venam portarum cera rubra imbutum. Ex adulto.

336. 337. Duae vesicae felleae, ex adultis, quorum hepata per arteriam hepaticam rubro, per venam portarum colore brunno tincta.

338. Vesica fellea, ex adulto, aperta. Hepar per arteriam hepaticam viridi, et per venam portarum cera rubra injectum. Venae vesicae felleae tam feliciter repletae, ut membrana vasculosa vesicae felleae panni scarlatini speciem exhibeat. Est itaque ex praeparatorum, quae museum continet, numero elegantissimum. Portio hujus vesicae felleae delineata cernitur in *Annotationibus academicis* filii mei, Tab. II.

339. Vesica fellea, cujus membranae elegantissime a se invicem separatae. Ex viro quinquaginta aliquot annorum. Ab

injectione cera rubra in solam venam portarum ſacta rubro colore ſulgent. Vid. *Annotationes academicae*, Tab. I.

340. Vesica fellea, e puella septem annorum, cujus hepar per solam venam cavam cera rubra injectum. Membranae a se invicem bene separatae.

## L I E N.

341. Lien, ex infante recenter nato. Arteriae rubro colore ſulgent.

342. Lien, ex viro quadragenario, cujus arteriae rubra, et venae cera viridi repletae. Membrana externa ejus detracta.

343. Lien, cujus arteriae rubra et venae brunna cera injectae. Membrana externa detracta, substantia vasculosa maceratione diurna, seu methodo Ruyschiana, evoluta. Ex juvene octodecim annorum.

344. Similis lien, cujus arteriae rubra et venae viridi cera injectae. Ex adulto.

345. Hepar, ventriculus, lien, intestina. Arteriae rubra et venae flava cera injectae. Ex adolescente quatuordecim annorum.

346. Hepar, ventriculus, lien, intestina et partes genitales. Arteriae rubra cera saturatae. Ex inſante mare quatuor annorum.

## *OESOPHAGUS. VENTRICULUS.*

347. Ventriculus apertus, e puero decem annorum. Arteriae rubra cera injectae.

348. Ventriculus inversus, e puella septem annorum. Arteriae rubra et venae viridi cera impletae.

349. Ventriculus a cardia usque ad finem duodeni apertus, omentum majus. Arteriae rubra, venae flava cera felicissime injectae. E puero duodecim annorum.

350. Oesophagus, ventriculus, duodenum, aperta. Ex infante recenter nato. Arteriae cera rubra refertae.

351. Lingua, palatum molle, larynx, arteria aspera cum pulmone sinistro, dexter enim abscissus et in fundo vitri jacet, oesophagus, et intestinum duodenum, aperta. Glandula thyreoidea, omnes musculi linguam et laryngem moventes; omnes arteriae ad has partes migrantes cera rubra repletae et explicatae. E puero decem mensium.

352. Ventriculus cum oesophago, duodeno atque pancreate inversus et secundum longitudinem apertus; e femina triginta sex annorum. Arteriae rubra et venae caerulea cera, injectae.

353. Ventriculus, oesophagus, lien et omentum majus, ex viro quadragenario. Arteriae caerulea et venae rubra cera expletae.

354. Lingua cum pharynge, oesophagus, ventriculus et intestinum duodenum; oesophagi et ventriculi fibrae musculares bene evolutae. E quadragenario.

355. Simile praeparatum, 354.

356. Ventriculus cum duodeno inversus, ex infante trium annorum. Arteriae rubra, venae brunna cera injectae.

## *OMENTUM MAJUS.*

357. Omentum majus, cujus arteriae rubra et venae carulea cera injectae. E quadragenario; praeparatum elegans; repletio prospere successit.

## *PANCREAS. INTESTINA.*

358. Pancreas et duodenum, in quo duae aperturae pancreatis cernuntur. Ex adulto.

359. Portio intestini jejuni, e puero septem annorum, inversa. Arteriae rubra, venae viridi cera injectae.

360. Portio intestini jejuni ex adulto, cujus membrana villosa amota, quo membrana vasculosa, nervea et muscularis melius appareant. Arteriae rubra, venae viridi cera impletae.

361. Sola tunica villosa intestini jejuni, stricte sic dicta a reliquis membranis separata. E quadragenaria. Arteriae rubra, venae viridi cera injectae.

362. Portio intestini jejuni secundum longitudinem incisa. Membrana villosa a vasculosa sic dicta et nervea, singulari studio, cultro ita soluta, ut integra membrana servata sit, in qua eminent milleni villi; hac praeparatione destructae sunt valvulae conniventes Kerkringii et membrana villosa multo longior est facta musculari, nervea et vasculosa. Arteriae rubra, venae viridi cera expletae. Ex adulto; praeparatum eximium.

363. 364. Duae portiones intestini jejuni inversae. Arteriae rubra, venae viridi colore fulgent. Ex infante trium annorum.

365. — 370. Sex portiones intestini jejuni inversi, e pueris duodecim vel quindecim annorum. Arteriae rubra, venae viridi cera expletae. In omnibus membrana villosa superbit.

371. 372. Duae portiones intestini jejuni incisi; maxima portio membranae internae seu villosae cultro a reliquis membranis soluta, ut 362. Arteriae cera rubra, venae viridi radiant.

373. Tres portiones intestini jejuni incisi, ex adulto. Arteriae rubro, venae viridi colore fulgent.

374. Portio intestini ilei inversi; arteriae rubra, venae viridi cera impletae. Ex adulto.

375. — 377. Tres portiones intestini ilei aperti, e puero decem annorum. Arteriae rubra, venae viridi colore fulgent.

378. — 383. Sex portiones intestini ilei inversi, ex infantibus octo vel decem annorum. Arteriae rubra, venae viridi cera felicissime impletae.

384. Portio intestini ilei, intestinum coecum cum processu vermiformi, colon et rectum, ex adulto. Arteriae rubra et venae viridi cera felicissime injectae.

385. Portio intestini coli, intestinum coecum cum processu vermiformi et portione intestini ilei inversa. Ex infante novem annorum. Arteriae rubra, venae viridi cera repletae.

386. Portio intestini ilei, intestinum coecum cum processu vermiformi et portione intestini coli, secundum longitudinem aperta. Arteriae rubra, venae cera brunna impletae. Ex adulto.

387. Portio intestini ilei, intestinum coecum et portio intestini coli, ex viro apoplexia mortuo, secundum longitudinem aperta. In hoc praeparato rarissima observatio occurrit, processum vermiformem intestini coeci deesse. Arteriae rubra, venae viridi cera injectae. In cadavere caeterum nil praeter naturam occurrit.

388. Intestinum colon apertum. Arteriae rubra, venae viridi cera expletae. Ex adulto.

389. Intestinum rectum inversum, e puero duodecim annorum. Arteriae rubra, venae viridi cera injectae.

390. Intestinum rectum cum orificio ani secundum longitudinem apertum et expanſum. Arteriae rubra, venae viridi cera ſaturatae. Ex adulto.

## *R E N.*

391. Ren ex infante recenter nato. Arteriae quam felicissime rubro colore imbutae. Membrana propria renis demta.

392. Ren ex infante trium mensium post partum. Membrana propria ejus detracta pendet, atque ren ipse secundum longitudinem medius sectus. Arteriae cera rubra expletae.

393. — 396. Quatuor renes adultorum, per venas flavo, per arterias colore rubro injecti; tunc secundum longitudinem a margine curvilineo usque ad hilum renalem incisi. Membranae renum propriae in omnibus detractae pendent.

397. — 400. Quatuor renes adultorum, quorum arteriae rubra, venae flava cera optime repletae; secundum longitudinem in duas partes secti. In 397. arteriae et venae membranae renis propriae, felicissime repletae cernuntur.

## *V I R I L I A.*

### *V E S I C A  U R I N A R I A.*

401. Vesica urinaria, cujus strata muscularia, longitudinale scilicet et transversale bene evoluta. Nervea aperta, arteriae cera rubra impletae. Ex adolescente viginti trium annorum.

402. Vesica urinaria, ex adulto, cujus strata muscularia sunt valde crassa et evoluta. Est unicum specimen in museo.

403. Vesica urinaria, penis, prostata et vesiculae seminales. Strata muscularia, longitudinale et transversale mirae sunt crassitiei et vesica ipsa solito amplior. Ex adulto.

## *S C R O T U M.*

404. Cutis scroti et penis, ex viro triginta quinque annorum. Arteriae materia ceracea rubra repletae.

## *P E N I S.*

405. Penis praegrandis, praeputio et cute tectus. E quadragenario. Corpora cavernosa penis materia ceracea viridi, corpus cavernosum urethrae, ceracea rubra dura saturatum.

406. Penis viri triginta annorum. In corona penis cernuntur glandulae sic dictae odoriferae seu Tisonianae, duplicem seriem componentes; omnium, quas unquam videre mihi contigit, elegantissima.

407. Penis viri triginta annorum, cui detracta est cutis, urethra aperta, vasa cera rubra repletae.

408. Penis quadragenarii. Corpora penis cavernosa et urethrae flatu distenta et exsiccata; secundum longitudinem aperta; rami arteriae pudendae communis, cera rubra impleti cernuntur; in dorso et cavitate corporum cavernosorum penis

et urethrae distributi. Hoc praeparatum in liquore apto asservatur.

## *T E S T I S.*

409. Testiculus adulti, methodo Ruyschiana praeparatus.

410. Partes genitales adulti, cum renibus, uretheribus, vesica urinaria, vasis renalibus et spermaticis.

411. Simile praeparatum 410.

## *VESICULAE SEMINALES. MUSCULI PERINAEI.*

412. Quinta vertebra lumborum, ossa pelvis, superior ossium innominatorum pars serra resecta, usque ad lineam semicircularem ossis ilei internam; corpora cavernosa penis et vesiculae seminales cera rubra injectae; testiculus dexter, sinistro ablato, vesica urinaria et intestinum rectum usque ad S. romanum, tandem omnes perinaei musculi explicati. Ex adulto.

## *VASA SANGUIFERA PARTIUM VIRILIUM.*

413. Quinta lumborum vertebra, os sacrum, coccygis, intestinum rectum, penis et scrotum cum testiculo utroque. Ex adulto. Arteriae et venae extricatae. Arteriae cera rubra, venae et corpora cavernosa penis, viridi injectae.

# *MULIEBRIA.*

## *PARTES GENITALES PERFECTE VIRGINEAE.*

Ad has refero, uterum, tubas, ovaria, vaginam, hymen, et his partibus annexa, vesicam urinariam, intestinum rectum; in plerisque etiam, renes, uretheres, aortae et venae cavae ramos ad renes et partes genitales migrantes et bene evolutos.

414. — 422. Novem partes genitales virgineae. Ex virginibus annos pubertatis adeptis. Inter quas 417. septuaginta est annorum.

423. — 426. Quatuor partes genitales, ex virginibus adultis.

427. 428. Binae partes genitales virgineae sine renibus. Ex virginibus annos pubertatis egressis.

429. Partes genitales perfectissime virgineae. Ex virgine viginti octo annorum.

430. Partes genitales perfectissime virgineae, ex virgine quadraginta sex annorum; vagina secundum longitudinem usque ad cervicem uteri ita aperta, ut pronaus vaginae et hymen sit illaesum.

431. Partes genitales perfecte virgineae, ex virgine quinquaginta annorum. Praeterea observantur in latere dextro duo uretheres, quorum quilibet per se, e rene oritur et per se in vesicam urinariam intrat; plura vide in tractatu filii mei: *Einige Krankheiten der Nieren und Harnblase*, Tab. V. fig. I. et II.

432. Partes genitales perfecte virgineae, ex virgine viginti aliquot annorum. Renes cum vasis ad partes genitales migrantibus operose elaborati.

433. Partes genitales perfecte virgineae cum renibus, arteria aorta et vena cava. Omnes ac singuli rami arteriosi et venosi ad partes genitales internas et externas meantes, sedulo evoluti. Vagina a constrictore suo usque ad os uterinum, in altero latere secundum longitudinem aperta, quo melius habitus cervicis et oris uterini et parietis interioris vaginae conspici queat. Ex virgine triginta annnorum.

434. Partes genitales perfecte virgineae, renibus et vasis destitutae. Ex virgine octodecim annorum.

435. Partes genitales, in quibus hymen quidem laesum, sed partum, propter oris uterini virginei integritatem, edidisse haud videntur. Ex adulta.

436. Partes genitales virgineae, renibus orbatae, eodem modo praeparatae, quo 433. Ex virgine septemdecim annorum.

437. Partes genitales perfectissime virgineae. Uterus est apertus. Ex virgine viginti annorum.

438. Partes genitales perfectissime virgineae. Ex virgine viginti annorum.

439. Partes genitales plane virgineae. Ex virgine viginti quatuor annorum.

440. Partes genitales, ex toto virgineae. Ex virgine quadraginta annorum.

441. Partes genitales omnino virgineae; ex virgine triginta annorum.

442. Partes genitales externae, ex virgine viginti annorum integerrimae; nempe, mons Veneris, labia pudendorum majora, clitoris, nymphae, hymen integerrimum, perinaeum, orificium ani; vesica urinaria usque ad orificium urethrae et intestinum rectum usque ad ejusdem orificium externum, resecta.

443. Uterus ex eadem virgine 442. cum superiore parte vaginae, secundum longitudinem apertus.

444. Partes genitales ex toto virgineae, ex virgine viginti duorum annorum.

445. Partes genitales plane virgineae. Arteriae rubra cera felicissime impletae. Ex virgine quatuordecim annorum.

446. Partes genitales omnino virgineae; vagina aperta, ut cervix uteri et cavum internum vaginae in conspectum veniant. Arteriae rubra, venae viridi cera injectae; vesica urinaria secundum longitudinem aperta, interna ejus superficies jucundissimum praebet spectaculum propter venas virides, faciem internam undique pingentes. Praeparatum sane elegans. Ex virgine triginta aliquot annorum.

447. Partes genitales virgineae plane illaesae; arteriae rubra, venae viridi cera tam feliciter impletae, ut hoc praeparatum

totius musei sit ornamentum, nam tubae, ovaria, interna facies uteri, superficies vaginae interna, hymen et pronaus vaginae, colore variegato, e rubro et viridi mixto, superbiunt. Ex virgine viginti annorum.

448. Elegantissimae partes genitales virgineae, vagina valde rugosa; uterus apertus. Ex virgine viginti quinque annorum.

Partes genitales perfecte virgineae a 414. usque ad 448. descriptae, nostris temporibus in virginibus adultis tam rarae, continent thesaurum varietatis hymenis, structurae rugosae vaginae, magnitudinis et habitus cervicis et oris uterini. Cuilibet medico obstetricanti utile et summe necessarium. In plerisque vagina ab orificio uteri usque ad pronaum aperta observatur.

## *PARTES GENITALES FOEMINARUM, QUAE JAM PARTUM PEREGERUNT.*

449. — 452. Quatuor diversae aetatis foeminarum partes genitales, quae jam partum peregerunt.

# *CONCEPTUS.*

## *MOLA.*

### ORDINARIA.

453. Ovulum infoecundum, seu mola ordinaria aperta, unius mensis.

454. Mola ordinaria sex hebdomadum, aperta.

455. Mola ordinaria, duorum et dimidii mensis.
456. Mola ordinaria trium mensium, aperta.

### VESICULARIS.

457. Ovulum infoecundum, in plexum hydatidicum mutatum, seu mola vesicularis duorum mensium.
458. Ovulum hydatidicum, seu mola vesicularis quatuor mensium, foetum nullum includens. Est praeparatum cujus delineationem deprehendimus in dissertatione Bourdachii, olim discipuli mei; Lipsiae sub titulo: *De laesione partium foetus nutritioni inservientium abortus causa.*
459. Ingens et qua forsan major, nunquam visa est, mola vesicularis seu ovulum hydatidicum novem mensium; superveniente haemorrhagia lethali, mater expiravit.

## *OVULUM.*

### NONDUM APERTUM. CONTINENS EMBRYONEM.

460. Ovulum octo dierum.
461. Ovulum villosum duodecim dierum.
462. Ovulum octodecim circiter dierum.
463. Ovulum trium hebdomadum.
464. Ovulum quatuor hebdomadum.
3003. Ovulum inter quartam et quintam hebdomadem.

465. Ovulum quinque hebdomadum.

466. Ovulum quinque hebdomadum.

467. Ovulum quinque et dimidiae hebdomadis.

468. Ovulum quinque et dimidiae hebdomadis.

469. Ovulum sex hebdomadum.

470. Ovulum sex hebdomadum.

471. Ovulum septem hebdomadum.

472. Ovulum duorum mensium, in quo chorion et caduca Hunteri destructa; sola vero membrana amnios dicta relicta.

473. Ovulum trium mensium.

474. Ovulum trium et dimidii mensis.

475. Ovulum quatuor mensium.

476. Ovulum quatuor et dimidii mensis.

477. Ovulum quinque mensium.

478. Ovulum septem mensium.

479. Ovulum octo mensium.

### APERTUM. EMBRYO E FUNE PENDET.

480. Ovulum villoſum octodecim circiter dierum, ſecundum longitudinem apertum, in quo embryo ex funiculo umbilicali pendet.

481. Ovulum trium ſeptimanarum. Embryo a fune pendet.

482. Ovulum trium circiter hebdomadum. Embryo a funiculo pendet.

483. Ovulum trium circiter hebdomadum, secundum longitudinem apertum, in quo embryo a funiculo umbilicali pendet.

484. Ovulum unius circiter mensis; funiculus absque embryone pendet.

485. Ovulum unius mensis.

2988. Ovulum unius mensis, in cujus superficie interiore plura numerantur tubercula. Foetus a fune pendet incrassato, polito et aequali.

486. Ovulum unius circiter mensis; tuberculosa est facies interna et funiculus justo brevior atque hydropicus.

487. Ovulum unius mensis cum suo embryone, qui habet funiculum brevem atque herniosum et corpore crassiorem.

488. Ovulum inter quartam et quintam septimanam, secundum longitudinem apertum. Embryo, e funiculo suo umbilicali pendet, superficies interna ovuli tuberculosa.

489. Ovulum cum embryone quinque hebdomadum.

490. Ovulum quinque septimanarum; embryo e funiculo pendet.

491. Ovulum apertum cum suo embryone quinque circiter hebdomadum.

492. Ovulum apertum, continens embryonem inter quintam et sextam hebdomadem.

493. Ovulum hydatidicum sex hebdomadum, in cujus superficie externa hydatides variae magnitudinis cernuntur, in facie vero interna tubercula deprehenduntur, quorum nonnulla magnitudinem nucis juglandis aequant. Foetus a suo funiculo abruptus et in fundo vitri jacet.

494. Ovulum cum embryone sex circiter hebdomadum.

495. Ovulum cum embryone sex et dimidiae hebdomadis.

3004. Ovulum inter sextam et septimam hebdomadem.

496. Ovulum duorum mensium, embryo a funiculo suo umbilicali pendens, cernitur.

497. Ovulum decem hebdomadum. Funiculus valde tenuis et pedem fere rhenanum longus.

498. Ovulum trium mensium.

499. Ovulum trium et dimidii mensis.

500. Ovulum quatuor et dimidii mensis.

501. Ovulum circiter quinque mensium.

502. Ovulum inter sextum et septimum mensem.

503. Ovulum septem mensium.

## GEMELLORUM.

504. Ovulum gemellorum trium septimanarum. Quilibet embryo in suo cavo aperto a funiculo suo umbilicali pendet.

505. Ovulum gemellorum, quinque circiter hebdomadum. Ambo embryones in uno cavo pendent.

3005. Ovulum gemellorum septem hebdomadum.

In praelectione academica Berolinenſi germanice habita: *Was iſt Geburtshülfe?* nondum impreſſa; nonnulla horum ovulorum allegavi, ubi de structura tuberculoſa ipſius ovuli et funiculi umbilicalis egi.

## *EMBRYONES SINE PLACENTA.*

506. Embryo quatuor hebdomadum cum funiculo ſuo.

3006. Embryo unius menſis.

3007. Embryo inter quintam et ſextam hebdomadem.

3008. Embryo ſex hebdomadum.

507. Embryo inter ſextam et ſeptimam hebdomadem.

3009. Embryo ſeptem hebdomadum.

3010. Embryo ſeptem hebdomadum.

508. Embryo duorum menſium.

3011. Embryo inter nonam et decimam hebdomadem.

509. Embryo duorum menſium.

510. Embryo duorum menſium.

511. Embryo duorum et dimidii menſis.

512. Embryo quatuor menſium.

513. Embryo inter quartum et quintum menſem.

514. — 519. Sex embryones quatuor et quinque menſium.

520. Embryo quinque mensium.

521. Embryo sex mensium.

522. Embryo sex mensium; thorax et abdomen apertum.

523. Embryo sex et dimidii mensis.

3012. Embryo septem mensium.

3013. Embryo octo mensium.

524. — 530. Septem embryones diversorum mensium.

### *GEMELLI.*

3014. Embryones gemelli inter quintum et sextum mensem.

### *TRIMELLI.*

531. — 533. Tres embryones, ex eadem matre septem mensium.

### *INFANS AETHIOPICUS.*

3015. Embryo Aethiopicus sexus feminini, septem mensium.

534. Infans Aethiopicus sexus sequioris, paucis diebus post partum demortuus.

### *UTERUS.*

#### GRAVIDUS.

535. Tubae, ovaria, uterus, vagina, pudenda externa, intestinum rectum, vesica urinaria. In utero aperto haeret ovulum unius et dimidii circiter mensis. E femina triginta quinque annorum.

536. Uterus gravidus quatuor et dimidii mensis, cum omnibus partibus ei annexis: tubis, ovariis, vagina, partibus genitalibus externis, intestino recto et vesica urinaria. Uterus apertus; foetus ope placentae cum utero cohaeret; licet arteriae rubra, et venae viridi cera quam felicissime repletae, ne minima tamen guttula injectionis in systema foetale placentae, hinc nec in embryonem ipsum transiit. E femina viginti sex annorum.

537. Infimae vertebrae dorsales, vertebrae lumborum, pelvis, musculis et cute tectae; uterus gravidus cum naturalibus externis, vesica urinaria et intestino recto. E femina triginta annorum, quae sexto graviditatis mense expiravit.

538. Cadaver feminae, triginta annorum, septem menses gravidae; a quarta vertebra colli usque ad medium os femoris. Thorax et abdomen, ossibus et integumentis tecta, continent viscera et uterum gravidum in situ naturali. Cor, arteriae et venae cera impletae, arteriae rubra, venae flava, et vena portarum viridi. Os innominatum sinistrum demtum. In eodem latere vasa spermatica interna et omnes rami, quos mittunt arteriae et venae iliacae internae et externae ad genitalia et ad alias partes, bene elaborati; uterus apertus, et infans ope vasorum placentae cum utero cohaeret.

539. Uterus cum vagina novem mensium foetum continens, mater in ipso partu superveniente immani spasmo exspiravit. E femina viginti quatuor annorum.

540. Vertebrae lumborum et pelvis cute et musculis tectae, externae partes genitales et uterus gravidus cum infante novem mensium. Ex femina viginti septem annorum, quae sub ipsis partus doloribus animam reddidit. Uterus apertus, placenta cum foetu ab utero soluta. Arteriae rubra, venae viridi cera repletae.

541. Uterus, tubae, ovaria, vagina, vesica urinaria, portio intestini recti feminae in ipso partu emortuae; foetus jam extractus, placenta vero per vasa sua adhuc firmiter utero adhaeret; arteriae uteri, tubarum, ovariorum, vaginae, partium genitalium externarum, vesicae urinariae et intestini recti materia ceracea rubra, venae viridi felicissime repletae. Uterus et vagina sectione longitudinali aperta. Placentam cum membranis utero adhaerentibus videre licet. Materia ceracea tam venarum, quam arteriarum substantiam parenchymaticam placentae ex toto replevit; at nec guttula quidem ex parenchymate in vasa umbilicalia transiit, ita ut haec inania appareant. Praeparatum elegantissimum e femina triginta annorum.

542. Uterus et vagina e femina, quae in ipso partu obiit. Uterus et vagina inversa.

### IN QUO SECTIO CAESAREA FACTA.

543. Uterus gravidus e femina triginta annorum, quae septimo graviditatis mense exspiravit, et in qua paucis post mortem horis sectio caesarea est instituta. Partes genitales ita sunt elaboratae, et e pelvi extractae, ut cutis abdominis adhuc Veneris montis cuti sit conjuncta. Atque ita sectionem per integumenta abdominis et per uterum peractam videre licet.

544. Uterus gravidus octo mensium feminae, quae febre maligna obiit, cujus infans statim post mortem, sectione caesarea est extractus.

545. Foetus masculus septem mensium. Vasa per venam umbilicalem, materia rubra ceracea impleta. Pertinet hic foetus ad 543.

### PUERPERAE.

546. Partes genitales puerperae viginti quinque annorum, paucis horis post partum denatae.

547. Uterus, vagina et partes genitales externae puerperae triginta quinque annorum, paucis horis post partum demortuae. Placenta male soluta, portiones membranarum placentae hinc et illinc cum utero adhuc cohaerent. Arteriae cera rubra, venae flava felicissime expletae.

548. Partes genitales puerperae octodecim annorum, viginti horas post partum mortuae. Uterus cum vagina secundum

longitudinem apertus. Arteriae rubra, venae flava cera injectae, idque tam feliciter, ut superficies interna uteri et vaginae, panni variegati colorem referat.

549. Partes genitales puerperae viginti trium annorum, trigesima a partu hora mortuae. Arteriae rubra, venae viridi cera expletae; vagina secundum longitudinem aperta, et tubae, ovaria, uterus, rubro et viridi colore perpulchre picta.

550. Uterus cum vagina apertus e puerpera, quae triginta sex horis post partum exspiravit; e femina viginti novem annorum.

551. Partes genitales puerperae novemdecim annorum, tertio a partu die mortuae. Arteriae rubra, venae viridi cera superbiunt.

552. Partes genitales puerperae viginti septem annorum; quarto die post partum mortuae.

553. Partes genitales puerperae triginta quatuor annorum, quarto die post partum fato functae.

554. Uterus, tubae, ovaria, vagina, partes genitales externae puerperae viginti octo annorum, sexto die post partum defunctae. In ovariis deprehenduntur steatomata minora.

555. Uterus cum tubis et ovariis puerperae decimo die post partum mortuae. Tam in utero quam ovariis tubercula steatomatosa observantur.

556. Uterus, vagina, partes genitales externae, vesica urinaria, intestinum rectum, e puerpera viginti duorum annorum, quae duodecimo die post partum expiravit. Sceleton hujus ſeminae adſervatum 2491. vix quatuor pedes aequans. Femoris et tibiae oſſa valde incurvata, praeterea pelvis justo minor. Bis peperit; in primo partu obstetricarius unco partum ſolvit, at ſimul vaginam et veſicam urinariam perforavit. In ſecundo partu, pariter chirurgus obstetricans rudi manu forcipe extraxit foetum, quare ſupervenit inflammatio quae miſerae vitam finivit.

## *P L A C E N T A.*

### Ordinaria.

557. 558. Duae placentae novem menſium, in una venae cera lutea, arteriae rubra quam feliciſſime injectae. In altera arteriae brunna, venae viridi cera ſaturatae.

559. — 564. Sex placentae novem menſium, per arterias et venam umbilicalem diverſo colore injectae. Diverſae ſunt placentae magnitudinis, inſertionis et craſſitiei funiculi umbilicalis.

565. Placenta novem menſium, quae cum utero concreviſſe dicta est. In placentae ſuperficie uterina, tubercula terrea griſeo-gelatinoſa inveniuntur. Plura lege in ſequenti libro: *Anatomiſches Muſeum*, *geſammelt von* Johann Gottlieb

WALTER, *beschrieben von* FRIEDRICH AUGUST WALTER. *Zwei Theile, mit fünf nach der Natur ausgemahlten Kupfertafeln. Berlin*, 1796, *bei* Belitz *und* Braun; Tom. I. pag. 154. No. 307.

### GEMELLORUM.

566. Placenta gemellorum novem mensium, cujus vasa non impleta. Quilibet foetus suum habet cavum.

567. Placenta gemellorum novem mensium; vena umbilicalis rubra, arteriae viridi cera distinctae. Quilibet infans suam habet placentam. Ambae placentae nimirum angustissimo loco, tantum membranarum ope cohaerent.

568. Placenta gemellorem novem mensium; quilibet foetus suum habet cavum. Vasa placentae non repleta.

569. 570. Duae placentae gemellorum novem mensium. Quilibet infans cavo suo inclusus fuit. Arteriae unius placentae cera rubra repletae, at arteriis nullum inter se est commercium; alterius placentae vasa non sunt impleta.

### TRIMELLORUM.

571. Placenta trimellorum novem mensium. Systema vasorum umbilicalium diversis tinctum est coloribus, rubro nempe, viridi, flavo, brunno, ut appareret, an vasa unius foetus communicent cum secundo vel tertio. Experimentum docuit, nullam intercedere connexionem alterius foetus cum altero vel tertio. Duo in uno cavo, tertius in suo inclusus.

572. Placenta trimellorum octo menſium; duo infantes in eodem cavo, tertius in altero, ſepto ſingulari a priori ſeparato continebatur. Vaſa cera rubra quam feliciſſime injecta, etiam in hac placenta nullum intercedit commercium inter vaſa placentae tam arterioſa, quam venoſa, vel quod idem eſt, quilibet infans ſuum habet ſyſtema vaſorum.

## *DIFFERENTIA INTER FOETUM ET ADULTUM.*

573. Embryo femineus quinque menſium; vaſa per venam umbilicalem cera rubra feliciſſime repleta, thorax et abdomen apertum.

574. Simile praeparatum.

575. Embryo maſculus ſex menſium, eodem modo injectus et praeparatus, quo 573.

576. Simile praeparatum 575.

577. Similis embryo ſexus ſequioris ſex menſium, injectus et praeparatus, ut 573.

578. Embryo ſexus ſequioris ſeptem menſium, cujus vaſa per venam umbilicalem cera rubra optime repleta, abdomen et thorax apertus.

579. Foetus maſculus octo menſium, cujus vaſa per venam umbilicalem materia ceracea rubra injecta. Pertinet hic foetus ad 544.

580. Lingua, larynx, pharynx, viscera thoracis et abdominis embryonis sexus potioris quinque mensium.

581. Simile praeparatum ex embryone sex mensium masculo.

582. Viscera abdominis ex embryone octo mensium masculo; vasa per venam umbilicalem cera rubra repleta.

583. Lingua, larynx, pharynx, oesophagus, viscera thoracis et abdominis. Ex infante sexus sequioris octo mensium. Vasa rubra cera injecta.

584. Lingua, larynx, pharynx, thoracis, abdominis et pelvis ossa, omnia viscera in his cavis apertis contenta; ex infante masculo novem mensium post conceptionem.

585. Simile praeparatum e ſoetu novem mensium.

586. Lingua, larynx, pharynx, oesophagus, viscera thoracis et abdominis foetus novem mensium sexus potioris. Arteriae cera rubra, venae viridi repletae.

587. Viscera thoracis et abdominis infantis recenter nati; vasa per venam umbilicalem cera rubra referta.

588. Lingua, larynx, pharynx, viscera thoracis et abdominis foetus novimestris sexus potioris; vasa per venam umbilicalem cera rubra impleta.

In omnibus his embryonibus et infantibus, partes, quae differentiam inter foetum et adultum declarant, sedulo sunt extricatae.

## *MAMMA.*

589. Mamma muliebris, ubi in facie anteriore, tubuli lactiferi, in posteriore vasa lymphatica, quam optime mercurio sunt impleta. Hoc praeparatum in Dissertatione mea sub nomine: ALEXANDER BERNHARD KÖLPINI, olim Professoris anatomiae Stettinensis, *de structura mammarum*, est delineatum. Vide: *Dissertatio inauguralis anatomica de sexus sequioris mammarum structura, nuperrimis observationibus et experimentis superstructa.* Adjectae sunt tabulae aeri incisae. Gryphswaldae, a. 1764.

## *ORIGO OSSIUM.*

590. Patella infantis tota quanta cartilaginea, cujus vasa cera rubra repleta; succus osseus nondum penetravit in vasa.

Hanc et plerasque patellas delineavi in Osteologia mea, Berolini edita: *Von den trockenen Knochen des menschlichen Körpers etc.* Tab. I. Fig. 1. et seq.

591. Similis patella.

592. Patella, cujus vasa jam succo osseo distenta, atque cera rubra impleta.

593. Similis patella, 592.

594. Patella infantis cartilaginea, cujus vasa cera rubra impleta, et succo osseo jam turgida.

595. Patella similis.

596. Patella infantis cartilaginea, cujus vasa subtilissima cera rubra felicissime expleta succoque osseo distenta et rupta sunt.

597. Similis patella.

598. Patella infantis cartilaginea, cujus vasa rubra cera impleta, succo distenta et disrupta ita, ut succus osseus in cartilagine diffusus sit.

599. Similis patella eleganter injecta, in qua media succus osseus nucleum formavit.

600. Similis patella injecta, qua in media nucleus osseus observatur.

601. Similis patella. Portio ossea in media patella adhuc est major.

602. Similis patella cartilaginea injecta; portio succi ossei in media patella, aucta.

603. Patella cum ligamento capsulari et cartilagine interarticulari. Arteriae cera rubra splendent, et portio ossea in media patella effusa conspicua est; e puero duodecim annorum.

604. Extremitas femoris inferior cum ligamento capsulari, cartilagine interarticulari, et extremitas superior tibiae; arteriae cera rubra fulgent. Succus osseus in media patella effusus

insigniter auctus jucundissimum praebet spectaculum. Ex puero tredecim annorum.

605. Patella cujus vasa cera rubra impleta. Ex adolescente sedecim annorum.

606. Os innominatum dextri lateris, demto periostio externo, arte pellucidum factum atque exsiccatum, in liquore apto servatur. Arteriae rubra cera repletae. Monstrat hoc praeparatum vasa ossis nutrientia atque secretoria. Ex puero decem annorum.

607. Os sacrum pellucidum et eodem modo praeparatum quo 606. Vasa cera rubra fulgent.

608. Fibula pellucida, cujus vasa cera rubra injecta; e puero decem annorum.

609. Tibia pellucida, cujus vasa cera rubra injecta; e puero decem annorum.

610. Os femoris secundum longitudinem serra fissum. Periostium internum et externum vasis cera rubra pictis conspicuum. Ex infante sex annorum.

611. Ossa manus sinistrae, arte pellucida facta, periostium detractum, et sola vasa nutrientia in conspectum veniunt, cera rubra felicissime repleta. E puero decem annorum.

612. Ossa pedis sinistri pellucida, eodem modo injecta et praeparata quo 611. E puero decem annorum.

613. Pars orbitaria ossis frontis, os sphoenoidale, ethmoidale, ossa zygomatica, maxillaria, nasalia, unguis, palatina, turbinata, vomer, os maxillae inferioris, inter se cohaerentia; ossa pellucida facta et siccata in liquore apto servantur. Vasa ossium et dentium interna ab injectione per arterias colore rubro facta splendent. E puero undecim annorum.

## *GLANDULA ARTICULARIS HAVERSII.*

614. Acetabulum serra exsectum, in cujus fundo haeret glandula Haversiana. Arteriae cera rubra felicissime impletae. Ex adulto.

615. Simile praeparatum 614. Ex adulto.

## *DENTITIO.*

616. Portio membranae palati cum gingivis ita detracta, ut sacculi, dentes includentes et cum hac membrana cohaerentes, sint servati. Vasa cera rubra injecta. Ex embryone septem mensium. Elegans praeparatum ad originem dentium cognoscendam.

617. Ossa, palatum atque cavum narium componentia. In dextro latere cavum narium apertum, margo dentalis ossis maxillaris stricte sic dictus, tam caute ablatus, ut sacci, qui

recondunt dentes, conspici queant. Vaſa materia ceracea rubra injecta ſplendent. Ex embryone ſex menſium.

618. Maxilla inferior ex eodem embryone ita effracta, ut ſacculi dentes includentes in conſpectum veniant.

619. Nonnulla capita, quorum crania ſectione horizontali ablata, vertebrae reſectae. Buccae, labia, cavum oris, lingua, pharynx cum oeſophago et larynge, muſculi colli, nondum ſunt evoluti. Arteriae ſolae rubra cera injectae. Ex pueris undecim, duodecim et tredecim annorum. Ulteriori dentium inveſtigationi haecce praeparata ſunt deſtinata.

## *VERMES INTESTINALES.*

620. Quatuor lumbrici, ex adulto.

621. Septem trichurides, ex adulto.

622. Nonnullae aſcarides, ex adulto.

623. Vermes inteſtinales cucurbitinae ſic dictae. Ex adulto.

624. Taenia parviſolia cum capite integro longitudinis aliquot ulnarum. Ex adulto.

625. Taenia parviſolia, cujus caput bene ſervatum. E puero duodecim annorum.

626. Taenia parviſolia cum capite adhuc integro, multos pedes rhenanos longa. Ex adulto.

627. Taenia parviſolia aliquot pedes longa, cum capite integro. Ex virgine viginti annorum.

628. Portio taeniae parvifoliae cum capite, striae vitreae politae imposita. Ex puero duodecim annorum.

629. Taenia latifolia cum capite. Ex adulto.

630. Taenia latifolia multas ulnas longa. Ex adulto.

631. Portio taeniae latifoliae trium ulnarum. Ex adulto.

632. Taenia latifolia, longitudinis nonnullorum pedum rhenanorum. Ex adulto.

# SECTIO SECUNDA.

## EX HOMINIBUS.

## NON NATURALIA.

### *CEREBRUM.*

633. Pia mater cum substantia corticali et medullari cerebri, cerebelli, et medullae oblongatae; vasa cera rubra felicissime repleta, deinde vero diuturna maceratione atque saepius repetita aquae tepidae elotione medulla liberata; ex infante femina recenter nata, cujus cranium monstrosum fuit, et in saccum ingentem mutatum, cerebrum continentem. Sceleton et tota cutis infantis servantur inter praeparata sicca 1626. et 1627.

634. Cranium cum dura matre et integumentis externis sectione horizontali solutum.

635. Cerebrum integrum, hoc est cerebrum, cerebellum, medulla oblongata, demtis ossibus orbitam componentibus. Globi oculi cum palpebris, musculis, nervis et vasis methodo Varolii exemti, cum cerebro cohaerent. Arteriae subtilis-

sima materia ceracea expletae turgent. E femina, cui ante viginti duos annos, propter vehementissimos capitis dolores, cranium in regione verticali fuit trepano perforatum, dolores vero post trepanationem non cessarunt. Pleniorem hujus rarissimi casus lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. II. pag. 128. No. 571.

In cranio sequentia annotanda occurrunt. Trepanatio instituta fuit sinistrorsum, ubi angulus anterior, superior ossis bregmatis cum osse frontis conjungitur. Cutis externa in trepanatione resecta, regenerata est. Vasa cutis in hanc portionem regeneratam elongata sunt, et haec a reliqua cute, colore pallidiore distincta est. Apertura, trepanatione facta, nondum perfecte clausa; adest adhuc apertura trium circiter linearum; cutis cranii cum pericranio externo usque ad aperturam trepanatione factam reclinata est. Tali modo videre licet, vasa pericranii in succum osseum aperturam fere claudentem penetrasse. In superficie interna cranii, dura mater ad aperturam trepanatione factam est soluta. Ea portio durae matris, aperturae cranii trepanatione factae, nunc vero succo osseo clausae, cum cranio cohaerens summa cautione servata cernitur. Clare nunc videmus, vasa durae matris in cranium regeneratum penetrare.

In concavitate cerebri, quae regioni verticali respondet, deprehenditur excavatio ovalis, cujus diameter a dextro ad

sinistrum latus pollicem unum et dimidium, diameter minor ab anterioribus versus posteriora pollicem unum aequat. Portio haec cerebri, cum superficie interna durae matris ope telae cellulosae cohaeret. Probabile itaque videtur, praegressa inflammatione, pus inter cerebrum et duram matrem effusum, idque tantorum capitis dolorum causam fuisse, et cum in trepanatione dura mater non aperta sit, nullum dolorum levamen consequi potuisse, propter pus inter cerebrum et duram matrem relictum. In oculo sinistro ulcusculum in margine inferiori corneae observatur, quod hunc locum ita extenuarat, ut tantum tenuissima corneae lamella multis vasculis picta, sit relicta.

636. Portio hemisphaerii sinistri cerebri. In facie convexa concrementum osseum, sex lineas latum et longum atque quartam partem lineae crassum, videmus. Ex adulto. Plura vide in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 145. No. 291.

637. Hemisphaerium cerebri sic dictum sinistrum. In ventriculo sinistro anteriori deprehendebatur steatoma globiforme, cujus diameter duos pollices et sex lineas aequat. Cerebrum solito mollius. Ex viro melancholico triginta quatuor annorum.

638. Portio cerebri ex viro quadraginta annorum. In pia matre concrementum osseum sex lineas circiter latum, octo

longum et quartam partem lineae crassum cernitur. Plura vide in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 145. No. 290.

639. Steatoma magnitudinis ovi gallinacei, quod sibi paraverat fossam in substantia medullari hemisphaerii sic dicti dextri. Ex viro quadraginta aliquot annorum, melancholico.

640. Hemisphaerium sinistrum cerebri una cum dura matre hoc tegens. Deficit portio cerebri sextam circiter partem totius aequans. Spatium inter duram matrem et portionem deficientem, vacuum fuit. Caeterum tota superficies externa cerebri naturaliter se habet, hoc est, giris et anfractibus est ornata. E quadragenario perfecte, dum vivebat, sano, tandem vero febre lenta mortuo.

641. Dura mater cum processu longitudinali et tentorio. Non procul a sinu longitudinali, magis posteriora versus, in superficie externa lateris dextri steatoma magnitudinis fere ovi gallinacei observatur. Ex viro triginta aliquot annorum, apoplexia mortuo.

642. Portio sinistra anterior capitis et faciei. Nempe, nasus externus, oculus in cavitate orbitaria, dura mater tegens superficiem internam ossium cranii. Reliquae partes molles desumptae sunt. In ea itaque parte durae matris, quae superficiem internam partis squammosae ossis temporum tegit, excrescentia steatomatosa magnitudinis nucis juglandis

deprehenditur. Ut itaque probe situs dignoscatur, portio ossis frontis, ossis sphenoidalis et ossis temporum et dura mater, in situ naturali relicta est. Ex viro melancholico, triginta aliquot annorum.

## *VISUS.*

643. Segmentum anterius scleroticae, cum membrana conjunctiva, palpebris atque portione cutis faciei. Ex vetula sexagenaria. Solae arteriae cera rubra impletae sunt. In hoc praeparato praegrande staphyloma videmus. Pleniorem historiam filius meus dedit in *Praelectione academica Berolinensi*, nondum impressa, *de morbis oculorum.*

644. Segmentum anterius scleroticae cum membrana conjunctiva, palpebris atque portione cutis faciei, in quo hypopium observatur. Ex juvene viginti aliquot annorum.

645. Bulbus oculi cum partibus externis, in cujus cornea hypopium videmus. Ex viro triginta annorum.

646. Oculus dexter catharacta adfectus. Ex adulto.

647. Oculus sinister, in quo ulcus corneae observatur. Ex adulto.

648. Bulbus oculi dextri, ex adulto. Pars anterior scleroticae resecta est, ut orbiculus ciliaris morbosus conspectui subjiciatur; nempe orbiculus ciliaris materia terrestri repletus est.

649. Oculus sinister, ex adulto, cujus sclerotica transversim ita secta est, ut pars anterior reflexa orbiculo ciliari, posterior reflexa nervo optico adhaereat. In hoc praeparato rarissimum exemplum habemus, segmentum posterius membranae choroideae in os mutatum esse. Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 146. No. 292.

650. 651. Ambo bulbi oculi cum nervo optico, ex adulto coeco sexagenario. Sclerotica, choroidea et retina in medio globo transversim incisae, factaque apertura stylo ligneo ita reclinatae tenentur, ut cavum internum oculi videre valeamus, et sic observamus, in ambobus oculis circumferentiam corporis ciliaris cum uvea, in corpus solidum osseum conoideum mutatam, cujus apex lentem, quae evanuit, et basis diametris quatuor linearum, pupillam respicit. Miser hic coecus per viginti octo annos miseram vixit vitam. Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 146. No. 293.

652. 653. Ambo oculi morbosi; in quolibet vagina nervi optici aperta. Sclerotica sectione transversali in duo segmenta divisa, atque a choroidea separata. Choroidea in solidum os mutata cernitur. Oculi dextri choroidea solidior sinistra. Choroideae ita apertae sunt, ut pars anterior aeque ac posterior appareat. Retina crassa atque tenax est, et loco lentis,

conus osseus deprehenditur, cujus basis uveae insistit. In oculo sinistro choroidea minus solida est, retina vero valde crassa et tenax. Lens plane deficit in utroque oculo, nervi optici sunt teretes, rubicundi et quasi transparentes. Ex viro sexagenario.

654. Oculus dexter adulti. Macula in cornea cernitur, praeterea tota cornea paullulum exasperata.

655. Ambo oculi methodo Varolii exemti. Pons Varolii, crura cerebri ad pontem, tertium par nervorum, infundibulum cum glandula pituitaria cerebri, processus mammillares Willisii, thalami nervorum opticorum, primum par nervorum cerebri, tandem portio cerebri. Oculus dexter est sanus, sinister vero morbosus; ex adulto, qui fuit coecus in sinistro oculo per plures annos. Pro demonstratione 1) quod nervus opticus lateris dextri abeat ad oculum sinistrum et vice versa; 2) quod nervi optici sese decussent; 3) quod nervi optici sese conjungant, uti inspectio ocularis docet; 4) quod nervus opticus morbosus sit, fere pellucidus, sano rubicundior et flaccidior.

656. Simile praeparatum 655. Oculus sinister morbosus est. Ex viro triginta annorum.

657. Simile praeparatum 655. E femina quadraginta aliquot annorum, quae per multos annos in oculo dextro fuit coeca.

658. Simile praeparatum 655. Sinister oculus est perfecte sanus, dexter vero valde morbosus. In sclerotica corneam vix distinguere valemus; choroideae pars posterior usque ad orbiculum ciliarem in os commutata, ita, ut tanquam globus excavatus a parte ejusdem anteriore removeri possit; in centro hujus segmenti posterioris observamus foramen illud rotundum, quod in statu naturali lamina cribriformi clauditur. Segmentum anterius choroideae molle est, hoc inciso, videmus lentem in os mutatam et retinam induratam. Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 146. No. 294.

659. Simile praeparatum. Oculus dexter est morbosus. Ex adulto.

660. Simile praeparatum 656. Oculus dexter est morbosus. Ex viro quinquagenario.

661. Simile praeparatum, in quo ambo oculi morbosi rescissi fuerunt. Ex adulto.

662. Simile praeparatum 655. Ambo oculi morbosi, et ambo nervi optici in origine graciles atque subrubelli, ubi vero sese conjungunt, flaccidi sunt. E femina quadraginta aliquot annorum.

## *O L F A C T U S.*

663. Cavum sinistrum narium ex vetula septuagenaria. Tunica Schneideriana cavum narium obducens, oculus cum suis partibus externis. Cutis externa oculi maxima ex parte ab angulo oculi interno versus externum a constrictore palpebrarum soluta, magnitudinis nucis moschatae minoris, deprehenditur in canali nasali polypus, qui in lacu Petiti protuberat. Rarissima et notatu dignissima observatio.

## *C U T I S. U N G U E S.*

664. Cutis femoris, cruris et pedis dextri detracta, ossa vero pedis in situ naturali relicta. Arteriae subtilissima cera rubra impletae. Ex viro quinquaginta aliquot annorum. Elegans atque rarum praeparatum. Mirum specimen celebris morbi anglici qui *porcupine* nuncupatur. Licet tota cutis cera rubra fulgeat, maculae tamen nigrae squammosae observantur, mox magis, mox minus eminentes. Duo fratres angli praeterita hieme Berolini degentes, numerata pecunia, cuilibet curioso, hunc morbum, cutem corporis obsidentem monstrarunt. Plura vide in F. A. Walter *Descriptione musei mei*, Tom. II. pag. 32. No. 374.

665. Pollex pedis sinistri, in quo videmus unguem praeter naturam longum. Ex adulto.

## *P U L M O.*

666. Pulmo dexter pure valde erosus. Ex puella duodecim annorum phthisi pulmonali mortua, cujus arteriae per arteriam carotidem dextram cera rubra, et per transitum venae pulmonales etiam rubro colore impletae, apparent.

667. Pulmo dexter et sinister cum arteria aspera, ex viro triginta annorum, qui cursor fuit, et consumtione pulmonis sinistri mortuus est. Pulmo dexter ita praeparatus, ut non nisi rami arteriae asperae, cera flava injecti relicti; pulmonis vero sinistri arteria pulmonalis materia ceracea subtili rubra, rami vero arteriae asperae cera flava expleti sunt. In sinistro thoracis cavo ad minimum duodecim librae materiae purulentae foetidae fuere contentae. Immo inter costam tertiam et quartam, et inter octavam et nonam, erant sinus, per quos stylo immisso in cavum thoracis penetrare licuit. Pulmo sinister fere totus quantus pure consumtus. Mirandum itaque, cum de toto pulmone sinistro tantum trunci majores vasorum supersint, haemorrhagiam lethalem non fuisse subsecutam; in praeparato rationem videmus quare sit impedita.

## *C O R. V A S A.*

668. Larynx, arteria aspera, cor, pulmones. Saccus pleurae dexter, diaphragma, pulmonis dextri vasa cultro evoluta. In sacco pleurae sinistro aperto videmus pericardium ex

toto deficere, et cor nudum cum pulmone sinistro huic sacco inclusum. Ex viro triginta annorum.

669. Cor, cujus pericardium secundum longitudinem apertum, in tribus locis ossificatum observatur. Ex viro quadraginta quinque annorum. Plura vide in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 148. No. 296.

670. Cor, cujus pericardium secundum longitudinem apertum. In superficie externa pericardii, ubi cavum superius ab eo investitur, lapillus pollicem longus et quinque lineas crassus deprehenditur. Ex viro quadragenario. Plura vide in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 149. No. 297.

671. Cor stupendae magnitudinis. Ventriculus posterior anteriorem magnitudine multum superat, fere duplo major est. Aorta tam gracilis, ut nulla proportio inter eam et capacitatem ventriculi posterioris intercedat. Ex adulto, qui vehementissimos spasmos atque anxietates cordis perpessus, tandem apoplectica morte interiit. Pulmones erant sani.

672. Cor, cum vasis majoribus, ventriculi, arcus aortae et truncus arteriae pulmonalis aperti. In trunco arteriae pulmonalis tantummodo duae valvulae semilunares. Ex adulto.

673. Cor ex vetula sexaginta quinque annorum. Ante exitum arteriae aortae, tantum duae conspiciuntur valvulae semilunares.

674. Cor hirsutum, rarissimum ex viro quinquaginta annorum, quod a me descriptum atque depictum invenimus in: *Nouveaux mémoires de l'académie des sciences de Berlin*, 1785. Tab. IV. fig. 1.

675. Cor morbosum ex viro quinquagenario. Cava cordis aperta; in apice cordis steatoma figurae rotundae, cujus diameter duorum et dimidii pollicis deprehenditur.

676. Cor cum pericardio secundum longitudinem apertum, arcus aortae ejusque progressus usque ad decimam vertebram dorsi, vasa pulmonalia et venae majores cordis. Ex viro quadragenario. In hoc praeparato rarissimo cernuntur: 1) Incrassatio pericardii; 2) superficies externa cordis aspera, et 3) anterioris cordis ventriculi perforatio, per antecedentem pericardii et ipsius cordis inflammationem, et inde supervenientem materiae purulentae arrosionem, facta. Fusiorem historiam hujus memorabilis casus et elegantem delineationem exhibui in diariis Berolinensibus: *Mémoires de l'académie, année* 1785, *de morbis cordis*, Tab. IV. fig. 3.

677. Inferior pars arteriae asperae cum bronchis. Cor cum pericardio secundum longitudinem aperto viri quadraginta annorum, morte apoplectica extincti, in quo compressio arteriae aortae, praeprimis arteriae pulmonalis et bronchorum arteriae asperae per glandulas lymphaticas induratas, observatur.

678. Cor adulti. Pericardium est incrassatum et cum corde in nonnullis locis concrevit. Superficies cordis valde est aspera et filamentosa.

679. Cor cum vasis majoribus. Arcus et ipsa arteria aorta, anevrismatica sunt facta; valvulae semilunares atque arteria aorta in suo progressu, sunt ossificatae. Ex viro quinquagenario.

680. Cor feminae quinquagenariae cum vasis. Ventriculi et atria sunt aperta. In hoc praeparato videmus, anevrisma aortae; membrana interna, nervea dicta, aspera, et multis frustulis osseis est picta. Hoc praeparatum est a me descriptum in *Nouveaux Mémoires de l'académie etc. de Berlin*, *année* 1785.

681. Cor eodem modo praeparatum quo 680. Ingens anevrisma arcus aortae apparet. Ex juvene viginti aliquot annorum. Vide plura: *Nouveaux Mémoires de l'académie etc. de Berlin*, 1785.

682. Cor, eodem modo quo 680. praeparatum. De hoc praeparato probe annotandum, arteriam aortam duobus locis, nempe in ipso arcu et in regione nonae et decimae vertebrae dorsi, anevrismaticam esse factam. Etiam in hoc anevrismate membrana interna nervea, valde aspera, frustulis osseis est obducta. Ex viro quadraginta annorum. Plura vide in *Mémoires de Berlin*, 1785, et F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 149. No. 298.

683. Cor cum vasis majoribus, tertia, quarta, quinta, sexta et septima vertebra dorsi, cum totidem costis resectis: in arcu aortae observatur anevrisma; vertebrae, quibus incumbit anevrisma, arrosae et quasi cariosae esse videntur. E milite triginta annorum. Anevrisma subito ruptum; homo nunquam erat conquestus de ullo incommodo, hinc quoque nulla fuit suspicio ullius vitii cordis. Plura vide in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. II. pag. 122. No. 563.

684. Cor, cujus atria, ventriculi et majora vasa sunt aperta. In regione sextae, septimae et octavae vertebrae dorsi, arteria aorta in insignem saccum anevrismaticum est extensa. E femina triginta annorum.

685. Cor, cum vasis majoribus; ventriculi cordis et arcus aortae aperti. Arcus aortae anevrismaticus est factus, hinc valde est dilatatus et in praegrandem saccum anevrismaticum permutatus. Ex viro.

686. Extremitas inferior arteriae asperae cum pulmone sinistro, cor cum vasis majoribus. Ingens anevrisma aortae. Paraverat sibi hoc anevrisma peculiarem fossam in pulmone sinistro ita, ut dimidius fere pulmo compressus atque excavatus esset. Ex viro triginta aliquot annorum.

687. Cor viri quadraginta aliquot annorum, cum aorta usque ad divisionem ejusdem in arterias iliacas; arteria pulmonalis, truncus venarum cavarum, os pectorale, cartilagines inter-

costales, usque ad nonam costam, clavicula dextra, larynx cum arteria aspera.

Aorta ab egressu e corde, usque ad septimam costam in saccum anevrismaticum permutata existit. Aorta quasi in duos saccos divisa apparet. Major saccus incipit ab origine aortae, et desinit ubi subclavia sinistra ex aorta emittitur. Nunc aorta paullulum angustata iter suum usque ad septimam costam, magnitudinem suam rursus augendo continuat, et secundum saccum anevrismaticum repraesentat. Major saccus novem pollices longus et septem lineas latus vel crassus est. Extremitas anterior primae, secundae et tertiae costae dextrae et claviculae dextrae, propter vehementem pulsum obliterata est; quo factum, ut cutis hanc regionem tegens, in praegrandem tumorem mutata sit, qui a sterno usque ad os hyoideum surgendo, arteriam asperam texit; deinde sese extendit supra dextram anteriorem claviculae, costae primae, secundae et tertiae extremitatem. Saccus hic in toto suo ambitu innumerabilibus lamellis osseis ornatus est; secundus saccus, seu minor, duos pollices aequat, cujus parietes lamellis osseis asperi sunt redditi. Trunci arteriarum ex arcu prosilientes solitam servant magnitudinem, et a septima costa, qua minor aortae saccus terminatur, aorta justa amplitudine sua progreditur. Plura vide in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 150. No. 300.

688. Septima vertebra colli, vertebrae dorsales omnes. In dextro thoracis latere, costae usque ad angulum suum resectae sunt. In sinistro cartilagines quidem intercostales, costae vero non amotae. Cor cum suis vasis ab aorta usque ad transitum per diaphragma, rami ex aorta nati recte exarati sunt. Aorta duobus locis anevrismate obsita est. Primus saccus anevrismaticus ab aortae e corde origine, usque ad arteriae subclaviae sinistrae originem extenditur. Capacitas hujus sacci duos et dimidium pollicem aequat; infra eum arteria aorta iterum anevrismatica usque ad transitum suum per diaphragma facta est, ubi ea intra consuetos limites suos reducitur. Maxima aortae extensio, a septima dorsi vertebra usque ad duodecimam facta est, ita ut aorta quinque pollices amplum repraesentet saccum, supra sinistri lateris costas extensum. Aorta secundum totam longitudinem aperta est, atque ita non tantum in pariete interiori plura frustula ossea, verum etiam in ea regione, ubi maxima extensio est, i. e., inter costam septimam et octavam, orificium rotundum unius et dimidii pollicis conspicimus, per quod sanguis effluxerat, quo pedetentim intumescentia orta est, totum fere dorsum obtegens, et cujus altitudo decem pollices aequat. Ex viro quadragenario. Pleniorem historiam in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. II. pag. 114. No. 561.

A 669. ad 688. sunt cava cordis et vasa majora plerumque aperta.

689. Anevrisma aortae ex viro triginta aliquot annorum. Simulac aorta diaphragma perforavit, anevrismatica evadit, et ita infra arteriam coeliacam terminatur; arteria ergo mesenterica superior et renales liberae sunt, hoc est a sacco anevrismatico non circumdantur. Is duorum et dimidii pollicis spatium complectitur. Aortae in saccum anevrismaticum apertura est insignis, et figuram fere ovalem refert, cujus axis major integrum fere pollicem, minor sex circiter lineas longus est. Aortae apertura in parte vel facie ejus antica, quae a dicto sacco circumdatur, facta est. Anevrisma hoc memorabile habet, quod arteriae mesentericae superioris lumen ex toto obliteratum est, ita ut nec subtilissimum specillum, *Sonde* dictum, ex mesentericae superioris trunco in aortam immitti possit.

690. Anevrisma arteriae cruralis. E milite.

691. Lien cum arteria lienali, e viro quadragenario. In media arteria lineali aneurisma magnitudinis nucis juglandis minoris observatur.

## *H E P A R.*

692. Hepatis lobi dextri portio; in superficie superiore antrorsum, meliceris figurae rotundae, cujus diameter pollices duos et dimidium aequat, deprehenditur. Substantia melli similis exhausta, unde cavum duos et dimidium pollicem pro-

fundum apparet; parietes hujus cavi sunt ossei. Hepar naturale et sanum. Ex viro quinquagenario. Plura vide in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 151. No. 303.

693. Lobus dexter hepatis, vesicula fellea, dimidia hepatis lobi sinistri pars. E femina quadraginta aliquot annorum. In parte suprema atque postica, cavitas reperitur rotunda, cujus diameter unum et dimidium, et profunditas duos et dimidium pollicem aequat; parietes vero toti quanti materia ossea sunt obducti; cavum autem ipsum continet materiam meliceridi similem. Plura vide l. c. pag. 165. No. 337.

694. Hepatis lobi dextri portio, in qua cavum non naturale observatur, innumerabiles continens hydatides, liquido pellucido impletas. Magnitudo earum varia est, nonnullae ovi gallinacei, plures columbini, aliae minorem magnitudinem referunt. E femina quadraginta annorum, phthisi pulmonali mortua. Bilis fuit sana.

695. Lamellae lymphaticae, in hepatis receptaculo contentae. Vide praeparata sicca 1543. *a.*

## *VESICA FELLEA.*

696. Pylorus, intestinum duodenum, pancreas, lobus hepatis dexter cum vesica fellea hydropica facta, valde distentus apparet; membranae ejus solito crassiores sunt. Vesica

fellea liquidum brunnum continet. Ex viro triginta sex annorum, ex induratione glandularum lymphaticarum praecipue abdominalium mortuo.

697. Vesica fellea, cujus membranae valde incrassatae sunt, viri quadraginta quinque annorum febre lenta consumpti. Hepar fuit sanum.

698. Vesica fellea aperta, ex viro, cujus hepar per solam arteriam hepaticam cera rubra injectum. Membrana interna seu reticularis multis obsita est hydatidibus; rara observatio. Est haec eadem vesica fellea, quam breviter descripsit filius meus in *Annotationibus academicis*, pag. 84. et 114.

699. Vesica fellea, e femina quadragenaria. Continet haec vesica bilem limpidam, albam et claram; ab aqua fontana haud abhorrentem. Praeterea calculi fellei deprehenduntur; unus in collo haeret, reliqui numerosi multi cavo vesicae coërcentur. Est haec rarissima observatio, quam adduxit filius meus in *Dissertatione* sua, seu in *Annotationibus* suis *academicis* pag. 84, et in *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 119. No. 225.

700. Vesica fellea hydropica secundum longitudinem aperta; in cervice haeret calculus. Liquidum fuit album lymphaticum quale 699. Ex viro quadraginta annorum.

701. Vesica fellea ex adulto, in qua calculus fuit contentus.

## *VENTRICULUS.*

702. Ventriculus, in quo ab ulcere antegreſſo foramen obſervatur. Ex adulto.

703. Cancroſum ulcus et excreſcentiae in villoſa ventriculi. Ex femina quadraginta novem annorum. Excepto ventriculo, reliqua viſcera perfecte ſana fuere.

704. Ventriculus apertus, ex milite triginta quinque annorum, qui ſe ipſum ſuſpendio interfecerat. Ventriculus cibis repletus valde erat dilatatus; eo loco, quo cibi ventriculi latera attigerant, eroſus apparet. Ex veneni aſſumti effectu.

705. Ventriculus inciſus cum inteſtino duodeno, in cujus antro pylori ſteatoma nucis juglandis magnitudine pendet. Ipſum pylori antrum dimidium fere pollicem craſſum. Ex milite.

## *INTESTINA.*

706. Portio inteſtini jejuni cum diverticulo. Ex adulto.

707. Inteſtinum colon, cujus membranae diverſis locis ad digiti craſſitiem ſunt diſtentae; orificia mucoſa, inſigniter aucta, inſtar cribri apparent. Ex adulto.

708. Portio jejuni, coecum, colon cum incraſſatione tunicarum et cum proceſſu vermiformi ſupra naturalem magno. Ex adulto.

# R E N.

709. Ambo renes ex viro quadraginta annorum, inter se ita concreti ut figuram referant semilunarem. Simile praeparatum inter sicca 1587. conservatur. Quisque ren suum habet uretherem et vasa renalia.

710. Ambo renes, e femina. Ren sinister est perparvus; vix quartam renis dextri partem habet.

711. Partes genitales cum renibus, vesica urinaria atque intestino recto; ex virgine triginta aliquot annorum, quae subito humum collapsa exspiravit. Ren dexter adeo dilatatus est, ut capitis adulti fere magnitudinem referat. Continebat calculos duos, magnitudinis avellanae, coloris nigri; ureter vero diametrum servabat consuetum. Ren sinister ita mole auctus, ut septem ad octo pollices sit longus et quatuor vel quinque in suo diametro crassus; praeterea ren totus quantus tuberculosus, atque ejus substantia ita attenuata est, ut inflatus pellucidam referat vesicam; ureter per calculum, qui ante ingressum suum in vesicam urinariam immobilis haesit, tantum dilatatus est, ut intestini jejuni magnitudinem aequet. Hic ren sinister continebat liquidum clarum atque album, pondere duarum librarum, dexter vero totus repletus sanguine nigerrimo, e vasis diu dilatatis ac tandem ruptis, effuso. Historiam et delineationem harum partium genitalium inve-

nimus in tractatu germanico filii mei, Berolini 1800 impresso, Tab. II. Fig. 1. FRIEDRICH AUGUST WALTER, *Einige Krankheiten der Nieren und Harnblase, untersucht und durch Leichenöffnungen bestätigt. Mit dreizehn Kupfertafeln. Berlin,* 1800. *In der Buchhandlung des Kommerzienraths* Matzdorff. Vel in: *Nouveaux Mémoires de l'académie etc. de Berlin. Année* 1796. *Recherches sur quelques maladies des reins et de la vessie urinaire, confirmées par des obductions.*

3024. Partes genitales cum renibus, quorum sinister adhuc capsulae adiposae est inclusus, cum renibus succenturiatis, ureteribus, vesica urinaria intestino recto atque vasis majoribus; e femina quadraginta duorum annorum. Ambo renes fere eandem magnitudinem sunt adepti quam 711, et continent pus cum sanguine mixtum.

712. Partes genitales cum renibus, vesica urinaria et vasis majoribus viri triginta annorum. In rene dextro pars superior ita exulcerata cernitur, ut vesicae sit similis. Duo sunt praeterea in hoc rene ureteres, quorum alter est tantus, ut intestino tenui fere sit aequalis; uterque ureter sese singulari orificio in vesicam urinarium aperit, alter nempe in loco solito, alter in apice capitis gallinaginis. In rene sinistro, ceterum sano, pariter duo observantur ureteres, qui ante ingressum in vesicam quidem confluere videntur; at deinde uterque in cavum vesicae aperitur. Depictae hae partes sunt

in libro filii mei: *Einige Krankheiten der Nieren und Harnblase.* Tab. IV. Fig. I. II. III.

713. Ingens ren dexter feminae quadraginta aliquot annorum, cujus substantia vasculosa consumta et ren totus quantus in corpus membranaceum decem pollices longum et quatuor cum dimidio amplum, permutatum, unde sacco coriaceo similis. Hinc et illinc frustulis osseis est ornatus. Plura vide in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 165. No. 338.

## *PARTES IN THORACE ET ABDOMINE.*

714. Lingua, arteria aspera, oesophagus, viscera thoracis et abdominis et partes genitales, e monstro hernia abdominali gravato, vide 1633.

715. Viscera abdominalia, e monstro quod in observationibus meis anatomicis descripsi. Vasa materia rubra injecta. Plura lege in: JOHANN GOTTLIEB WALTER *Observationes anatomicae.* Berolini, apud *Gottlieb August Lange*, 1775.

716. Corda et portiones intestinorum tenuium, et crassorum absque orificio ani, ex eodem monstro 715.

717. Viscera abdominis et pelvis, e femina triginta septem annorum, mirifice inter se concreta atque a statu naturali aberrantia.

## *V I R I L I A.*

718. Penis cum vesica urinaria. Ex adulto. Praeputium penis valde dilatatum et tumidum, verum glandis apicem versus constrictum. Inter praeputium et glandem quinquaginta lapilli, quorum nonnulli pisi magnitudinem habebant, deprehendebantur. Eorum viginti duo a me conservati, colorem referunt cinericium, punctis nigricantibus pictum, variaeque sunt magnitudinis et figurae. In vesica urinaria deprehendebatur arenula; ureteres aliquantum dilatati. Renes habitum naturalem habere videbantur.

719. Partes genitales cum renibus ex infante mare trium annorum. Penis glans nuda. Exitus urethrae non in apice glandis, ubi esse debet, sed dimidium pollicem pone glandem invenitur; orificium urethrae, quod ducit in vesicam urinariam, satis grande. Praeter haec, in sinistro teste observatur hydrocele.

720. Vesica urinaria cum urethra aperta; glandula prostata aperta et magnitudinis tantae, quantam mihi inter millena, quae dissecui, corpora videre nunquam contigit. Ex viro quadragenario.

721. Penis, ureteres, vesica urinaria, prostata, testes. Ex viro quadragenario. Prostata singularem habet habitum morbosum, cavum nempe illud, per quod collum vesicae

transit et ubi caput gallinaginis et ostia ejaculatoria deprehenduntur, in saccum satis amplum permutatum, et parietes ejusdem erosi sunt.

722. Glandula prostata, vesiculae seminales, vasa deferentia et ambo testiculi quadragenarii. Vasa deferentia ante suam cum vesiculis seminalibus conjunctionem intumefacta, atque indurata sunt, vesiculae seminales pariter valde durae apparent et quasi scirrhosae. Epididimides ambae et testes in saccum herniosum mutati videntur, ita ut epididimis in quolibet testiculo referat tuberculum magnitudinis nucis juglandis.

723. Partes genitales adulti, cui testiculus sinister fuit amputatus. Vesiculae seminales in utroque latere sunt ligatae, ita ut liquidum naturale in iis contentum remanserit. In utroque latere hernia observatur inguinalis. Demonstrat usum vesicularum seminalium, et naturam liquidi in illis contenti. Rarissima enim haec observatio docet, vesiculas seminales non solum receptacula seminis, sed etiam organa esse, quae, dum liquidum quoddam secernunt, seminis molem augent et mutant.

724. Penis, testes, vesica urinaria, urachus, vena et arteria umbilicalis, renes succenturiati, renes cum ureteribus supra naturales magnis. Ex infante recenter nato.

725. Renes, ureteres, vesica urinaria et partes genitales ex viro quadraginta circiter annorum. In rene sinistro et vesica

urinaria haerent calculi magnitudinis ſere ovi gallinacei. Membrana ureterum valde incrassata; idem valet de vesica urinaria. Plura lege in libro filii mei: *Einige Krankheiten der Nieren und Harnblase*, pag. 14. §. 25.

726. Partes genitales sexus potioris una cum portione intestini recti. Ex viro quadraginta quinque annorum calculo laborante, et in quo sectio lateralis ſuit instituta. Aegrotus calculo quidem ſuit liberatus, sed obiit superveniente vigesima hebdomade ſebre lenta. Vulnus ſere est clausum.

727. Partes genitales sexus potioris sine renibus. In hoc praeparato rarissima est observatio, vesicam urinariam herniosam factam esse, et lapides aliquot nucis juglandis magnitudine continere. Ex adulto. Plura vide l. c. Tab. X.

728. Penis, cum vesica urinaria secundum longitudinem aperta, viri quinquaginta annorum. In collo vesicae urinariae, tuberculum singulare deprehenditur figurae conicae, cujus basis inter aperturas ureterum collocata atque quatuor lineas crassa. Apex terminatur supra caput gallinaginis, membrana nervea levi et polita obtegitur. Inter membranam muscularem et nerveam tuberculum hocce est natum. Partes genitales numquam ullo morbo venereo adfectae videntur. In hoc casu valde difficile fuisset catheterem, si necessitas exegisset, in vesicam urinariam immittere, cum urina non nisi summa difficultate adhuc durante vita mitti potuerit.

729. Penis, prostata glandula et vesica urinaria exulcerata. Facies anterior pure omnino absumta et substantia vesicae dimidium pollicem et supra incrassata. Ex viro quadraginta annorum. Plura vide in Dissertatione filii mei: F. A. WALTER, *Einige Krankheiten der Nieren und Harnblase.* Tab. IX.

# *HERNIAE.*

## EX VIRIS.

730. Penis, scrotum, testis sinistri lateris cum funiculo spermatico, saccus herniosus cum portione peritonaei. Arteriae materia ceracea rubra et venae viridi eleganter sunt repletae. Ex viro. Hoc praeparatum ordinariae herniae inguinalis naturam declarat.

731. Renes, ureteres, vesica urinaria, intestinum rectum, portio peritonaei, penis, testes, vasa deferentia, vesiculae seminales. Arteria aorta, vena cava inferior, arteriae et venae renales et spermaticae bene evolutae sunt. In dextro latere observatur hernia inguinalis satis conspicua, hoc est saccus peritonaei per annulum abdominis descendens herniosus. Ex adulto.

## EX FEMINIS.

732. Hernia umbilicalis e ſemina viginti quinque annorum; cutis regionis umbilicalis, usque ad annulum ipsum umbi-

licalem caute est separata, ut annuli ipsius dilatatio bene observetur.

733. Musculi abdominales a costis et pelvi resecti: cutis externa abdominis est quidem amota, at portio regionem umbilicalem circumscribens, sedulo ita est servata, ut annuli umbilicalis dilatatio dilucide conspiciatur. Ex quinquagenaria. In hoc praeparato videmus 1) dilatationem herniosam lineae albae, inter musculos rectos comprehensae, 2) elegantem herniam umbilicalem stricte sic dictam.

734. Portio lineae albae, annulum umbilicalem componens. Vera observatur hernia umbilicalis; saccus nempe omenti majoris portionem continens.

735. Partes genitales e femina quinquaginta circiter annorum. Saccus herniosus cruralis in latere dextro observatur, qui inter labiorum pudendorum majorum duplicaturam descenderat.

## *M U L I E B R I A.*

736. Partes genitales feminae quadraginta sex annorum, quae jam aliquoties partum ediderat. In facie posteriore membranae internae vaginae observatur tuberculum molle, magnitudine nucis juglandis majoris.

737. Partes genitales feminae triginta quinque annorum. Uterus hydropicus esse videtur, et in vagina nucis juglandis magnitudine deprehenditur tuberculum insolitum.

738. Partes genitales e femina viginti octo annorum. Urethra est valde dilatata coitu.

739. Partes genitales feminae triginta annorum, jam partum expertae. Arteriae rubent cera, venae virent. Observatur insignis clitoris tres pollices longa.

740. Clitoris monstrosa atque tuberculosa, magnitudinem pugni virilis fere aequans. In vita deligata et aegrota post operationem felicissime fuit sanata. E femina triginta quinque annorum.

741. — 743. Tres partes genitales e feminis, quae jam partum peregerunt. In quibuslibet observamus prolapsum vaginae, modo majorem, modo minorem.

744. Partes genitales feminae, vaginae prolapsum passae, cuique pessarium inditum habuit.

745. Uterus, tubae, ovaria, vagina, partes genitales externae cum monte Veneris, perinaeo et orificio ani, intestinum rectum, extremitates inferiores ureterum, vesica urinaria. Omnes ac singulae arteriae et venae ad partes dictas ambulantes summo studio sunt elaboratae. Illae cera rubent, hae virent. Quare hoc praeparatum elegantissimis angiologicis annumerare ausim. In eo satis magnum conspicimus vaginae prolapsum, inque eo, propter felicissimam injectionem, membrana vaginae sic dicta interna seu vasculosa, marmoreo colore, i. e. rubro et viridi, picta apparet. Atque ita ad artem obstetriciam referendum est. E quadragenaria.

746. Uterus cum vagina et vesica urinaria feminae quadraginta aliquot annorum. Ovarium dextrum est hydropicum, et magnitudinem habet capitis infantis quatuor aut quinque annorum. Ab aquae pondere in ovario contentae uterus et vesica urinaria ita depressa fuerunt, ut ingens vaginae prolapsus atque inde insanabilis ortus fuerit. Hunc prolapsum vaginae rariorem descripsi in Praelectionibus in academia Berolinensi habitis, at nondum impressis, sub titulo: *Was ist Geburtshülfe?*

747. Uteri polypus e femina triginta aliquot annorum, figuram pyriformem referens, septem circiter pollices longus. Depictus in *Annotationibus academicis* filii mei, Tab. III. Fig. IV.

748. Polypus posteriori cervicis uteri superficiei adhaerens, feliciter deligatus; figuram refert rotundam compressam, cujus longitudo duos pollices et novem lineas, crassities unum pollicem et novem lineas aequat; fissus monstrat substantiam interiorem duram, osseam. Ex matrona nobili quadragenaria. Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione etc.* Tom. I. pag. 154. No. 306.

749. Uterus, vagina cum hymene. Per os uteri transit polypus magnitudinis nucis avellanae. Ex virgine viginti aliquot annorum. Depictus est l. c. Tab. III. Fig. III.

750. Uterus duos continens polypos, quorum unus haeret in fundo, alter in cervice. E femina viginti quatuor annorum.

751. Partes genitales ex virgine triginta aliquot annorum sine renibus. In utero concrementum polyposum continetur; os uteri est omnium, quae unquam vidi angustissimum. Depictum est in *Annotationibus academicis* filii mei. Tab. III. Fig. II.

752. Partes genitales ex virgine quadraginta aliquot annorum. Uterus secundum longitudinem est incisus. Polypus magnitudinis nucis juglandis superficiei posteriori adhaerens observatur. Depictus est l. c. Tab. III. Fig. I.

753. Partes genitales ex virgine triginta aliquot annorum cum renibus et vasis majoribus, vesica urinaria. Uterus et vagina secundum longitudinem usque ad constrictorem vaginae aperta. Insignis polypus utero inhaeret, cujus descriptionem et delineationem invenimus l. c. Tab. I. Fig. I. Fortasse hic polypus omnium est maximus, qui unquam visi sunt, octo et dimidii pollicis longus et quatuor et dimidii crassus.

754. Partes genitales cum renibus. Uterus et vagina secundum longitudinem aperta. In cervice uteri unum, in ejus fundo duo apparent polypi. Praeter polypos numeramus septem calculos seu concrementa terrea dura, quorum duo maxima duos pollices et octo lineas aequant, in superficie anteriore externa uteri; reliqua diversae magnitudinis, in posteriore externa uteri, posita. Ex virgine quadraginta quinque annorum, cujus pleniorem historiam atque delineationem vide l. c. Tab. II. Fig. I. et II.

755. Partes genitales feminae quadraginta aliquot annorum. In utero deprehenduntur plura tubercula non naturalia. In ore uterino externo videre licet polypum uteri. Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 166. No. 339.

756. Uterus, tubae, ovaria, vagina, intestinum rectum. In superficie anteriore externa uteri videmus steatoma ingens globiforme, cujus diameter octo pollices aequat. In superficie uteri aperti interna posteriore haeret polypus rotundus compressus, cujus diameter pollicem unum et crassities quatuor lineas aequat. Steatoma per medium fissum, ut natura ejus pateat; vagina usque ad os uteri externum aperta. Arteriae cera rubra et venae flava fulgent; e femina sexaginta aliquot annorum. Plura vide l. c. Tom. I. pag. 170. No. 346.

757. Uterus cum tubis, ovariis et parte posteriore vaginae. In superficie posteriore externa uteri haeret calculus asper globiformis; ejus diameter est duorum pollicum et dimidii. Ex virgine quinquaginta annorum. Vide l. c. Tom. I. pag. 170. No. 347.

758. Partes genitales perfecte virgineae. In utero observatur tuberculum steatomatosum. Plura lege l. c. Tom. I. pag. 166. No. 340.

759. Partes genitales perfecte virgineae. In utero parvum cernitur steatoma. Ex virgine viginti aliquot annorum.

760. Partes genitales feminae triginta circiter annorum; utero inhaeret satis conspicuum steatoma, figurae ovalis, cujus longitudo quatuor digitorum et latitudo duorum et dimidii. Arteriae rubra, venae viridi cera felicissime repletae.

761. Uteri steatoma, quo majus nunquam vidi, figurae fere rotundae, cujus diameter aequat decem pollices; ovarium dextrum in saccum commutatum, cujus longitudo quinque et dimidum pollicem, latitudo duos et dimidium aequat. E quadragenaria. Plura lege in F. A. Walter *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 169. No. 344.

762. Partes genitales externae cum intestino recto usque ad S romanum, vesica urinaria, pars ureterum inferior, vagina et uterus. Tam in superficie anteriore quam posteriore fundi uteri quatuor concrementa terrea pendent, quorum maximum fundo uteri adhaerens diametrum trium pollicum habet, secundum diametrum duorum pollicum cum dimidio, tertium unum pollicem et decem lineas; quartum denique est ovale, cujus longitudo pollicem unum et decem lineas, latitudo unum et quatuor lineas, et crassities unum pollicem aequat. E femina quinquaginta aliquot annorum. Plura lege l. c. Tom. I. pag. 167. No. 341.

763. Uterus, ut habitus oris uterini docet, virgineus. In ipsa substantia uteri deprehenduntur duo calculi, ovi gallinacei magnitudinem fere habentes. In externa facie uteri, in quo-

libet latere steatoma parvulum apparet. Vagina prope os uteri resecta est.

764. Uterus virgineus solito major cum tubis et ovariis. In substantia ejus quatuor numerantur calculi. Primus et maximus, superficiei anteriori uteri insidens, ovalis est, major axis quinque pollices et septem lineas, minor duos et octo lineas aequat. Secundus calculus tres pollices et sex lineas longus et duos pollices latus est, et ope styli superficiei posteriori adhaeret. Tertius et quartus rotundi sunt, superficiei uteri anteriori insidentes, eorum diameter sex lineas capit. Plura lege in *Annotationibus academicis* filii mei, pag. 36. Tab. II. Fig. III.

765. Uterus hydropicus, continebat duas libras aquae limpidae et clarae, e femina triginta annorum; vasa uteri cera rubra optime repleta. Uterus apertus; tam valde aucta est magnitudo uteri, ut utero quinque menses gravido sit similis, sed crassities ejus non est aucta. Permutatio figurae cervicis et oris uteri graviditatis mensi vel quarto, quinto vel sexto non respondet. Est idem uterus, quem descripti in *Praelectionibus academicis Berolinensibus*, non impressis, sub nomine: *Was ist Geburtshülfe?*

766. Uterus cum vagina hydropicus, plus quam quatuor libras aquae clarae continens, e femina viginti aliquot annorum.

767. Partes genitales ex virgine quinquaginta aliquot annorum. Uterus adeo tenuis est, ut talis habitus uteri partim

sterilitatem, partim polypum sic dictum laxum uteri producere valeat.

768. Partes genitales perfectissime virgineae, ex virgine viginti aliquot annorum. Uterus est valde tenuis seu membranaceus.

769. Partes genitales perfecte virgineae; uterus valde tenuis seu membranaceus.

770. Partes genitales femineae; uterus praeter naturam longam habet cervicem et est ipse tenuis.

771. Partes genitales cum utero bifido; plura vide in tractatu meo, *Considérations sur les parties du sexe*, in *Nouveaux Mémoires de l'académie de Berlin*, *année* 1775, in quo sunt delineatae.

772. Partes genitales perfectissime virgineae. Arteriae sunt rubra et venae viridi cera injectae. Uterus, qui bicornis est, una cum vagina secundum longitudinem apertus. In dextro latere ovaria et tubae, a fimbriis usque ad ingressum in uterum sunt apertae.

773. Partes genitales feminae, quae jamjam partus edidit. Observantur labia oris uterini permagna, tumida et rotunda; cervix uteri est praelongata, et uterus ipse in sua mole auctior. E femina quadragenaria.

774. Partes genitales feminae quadraginta aliquot annorum, cancro uteri mortuae.

775. Partes genitales cum vesica urinaria et intestino recto, quarum arteriae rubra, venae viridi materia ceracea felicissime

repletae. Ovarium dextrum in ingentem magnitudinem extensum, ita ut diametrum habeat fere quindecim pollicum. Cavitas hujus ovarii continebat liquidum limpidum, pellucidum atque saccharo clarificato simile, quodque ad minimum sedecim libras ponderabat. Apertum hocce ovarium obsitum est multis tuberculis, quae diversam habent magnitudinem. Uterus habet fere magnitudinem infantis recenter nati; vasa ad uterum abeuntia sunt valde dilatata, ut in gravida quinque vel sex mensium accidere solet. Hae partes genitales sunt e femina quadraginta circiter annorum, quae haemorrhagia uteri interiit. Plura vide in: *Nouveaux Mémoires de l'académie de Berlin*, *année* 1786, ubi partes delineatae inveniuntur.

776. Uterus, tubae et ovariá. Vagina secundum longitudinem est aperta. In ovario sinistro hydrops est. Ex femina triginta annorum.

777. Steatoma ovarii magnitudinem pugni virilis fere aequans. Ex femina quadragenaria.

778. Partes genitales perfecte virgineae. In dextro latere ovarium deficit.

779. Uterus cum tuba hydropica ex femina triginta quinque annorum. Hic uterus exemtus est e celebri femina, e cujus corpore septuaginta acus punctorios post mortem extraxi. Plura vide in: *Nouveaux Mémoires* etc. 1775. pag. 102. et sqq.

780. Partes genitales ex meretrice. Tubae cum ovariis in utroque latere sunt concretae.

781. Partes genitales perfecte virgineae cum polypo vesicae urinariae, ex virgine viginti aliquot annorum, quas delineatas videmus in tractatu filii mei: F. A. WALTER *einige Krankheiten der Nieren und Harnblase*, Tab. XII.

782. Partes genitales feminae quadraginta aliquot annorum, in quibus rarissima observatio occurrit, membranam nempe internam vesicae urinariae, cum massa quadam in vesica collecta, mucosa, tenaci, spissa ac duriuscula, ita cohaerere, ut ea, cum hac, videbatur concrevisse. Plura lege l. c. Tab. VIII.

783. Partes genitales, ut verisimile videtur, e virgine perfecta, quadraginta aliquot annorum. Ren uterque morbosus a calculis olim ibi generatis, deinde in vesicam delapsis et forsan per urethram exclusis. Ureter renis dextri fere ad crassitiem digiti indicis dilatatus est. E rene sinistro oriuntur duo ureteres, quorum quilibet crassitudinem digiti indicis habet. Ante ingressum in vesicam urinariam ambo conjunguntur in unum. Vesica urinaria continet calculum magnitudinis ovi gallinacei.

784. Vesica urinaria cum ureteribus. E femina. Ureteres sunt in utroque latere ante introitum in vesicam urinariam clausi. Plura vide l. c. Tab. III.

785. Os uteri, vagina et intestinum rectum ex femina triginta sex annorum, quae aliquoties partum peregit. In orificio ani ingens conspicitur saccus haemorrhoidalis.

786. Uterus, tubae, ovaria, vagina, partes genitales externae, vesica urinaria et intestinum rectum. Sola arteria haemorrhoidalis interna, cera rubra, vena ejusdem nominis viridi felicissime repleta. In hoc praeparato ingentem intestini recti prolapsum videmus, qui propter vasa injecta jucundum praebet spectaculum. Pelvis servatur inter praeparata sicca 1675. Ex femina triginta sex annorum.

## *CONCEPTUS.*

787. Partes genitales internae et externae, vesica urinaria, intestinum rectum. Ovarium dextrum apertum, in quo facta fuit conceptio, in ingentem saccum permutatum; foetus cum placenta novem mensium ab ovario solutus est. Uterus et vagina aperta sunt. Uterus, licet non gravidus fuerit, attamen habet amplitudinem et habitum uteri gravidi duorum mensium.

788. Renes, ureteres, vesica urinaria, vena cava et arteria aorta, partes genitales internae atque externae, portio intestini coli, S romanum dicta, intestinum rectum, receptaculum, ovulum alias dictum, intestino colo, recto et utero

adhaerens, apertum. Foetus quinque et dimidii mensis, cum suo funiculo umbilicali. Cum neque uterus, neque tubae, nec ovaria mole aucta sint, patet, conceptionem abdominalem fuisse. Caput hujus feminae conservatur inter ossa morbosa 2322.

789. Cadaver feminae a tertia vertebra colli usque ad medium os femoris dextri, os innominatum cum femore sinistro resectum. Thorax et abdomen aperta. Cor in dextro latere situm. Abdomen infantem novem mensium induratum atque incrassatum continet, quem haec femina ibi gessit per viginti duos annos. Descriptionem et delineationem hujus rarissimi casus dedi in Diariis Berolinensibus, *Nouveaux Mémoires de l'académie etc.* 1777; vel in versione germanica: *Geschichte einer Frau, die in ihrem Unterleibe ein verhärtetes Kind zwei und zwanzig Jahr getragen hat. Berlin*, 1778. *Mit Kupfern.* Plura lege in: F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 170. No. 348.

## OVULUM.

790. Ovulum sex hebdomadum post conceptionem secundum longitudinem apertum, in quo omnes membranae, caduca scilicet, chorion et amnios bene a se invicem separatae sunt. Includit hoc ovulum embryonem hydrocephalicum e funiculo umbilicali pendentem. Est rarissima observatio. Ple-

niorem historiam dedit filius meus in *Praelectione academica Berolinensi*, nondum impressa, *de hydrocephalo*.

791. Ovulum inter sextam et septimam hebdomadem post conceptionem secundum longitudinem apertum, in quo foetus e funiculo suo umbilicali pendet. In hoc ovulo rarissima annotanda est observatio: brachium dextrum funiculo umbilicali contortum atque cum eo concrevisse. Est exemplum quod BURDACHIO, philosophiae magistro, delineandum dedi, cum Lipsiae gradum Doctoris capesseret, qua occasione dissertationem conscripsit, *de defectu nutritionis foetus;* in quo ovulum descriptum invenitur.

## PLACENTA.

792. Placenta gemellorum novem mensium. Funiculus umbilicalis, cujus arteriae rubra et vena umbilicalis flava cera repleta est, longitudinem et crassitiem habet consuetam, alter funiculus, cujus vasa non sunt repleta, longior atque multo tenuior est. Alter foetus habens funiculum ordinarium, magnitudinem foetus novem mensium habuit, alter vero, cujus funis minus longus et tenuis, vix quatuor mensium magnitudine fuit. Hoc ex praeparato qui credunt superfoetationem erui posse, falluntur. Plura lege in tractatu mox edendo: *Was ist Geburtshülfe?*

# MONSTRA.

In omnibus monstris quae a Germanis plerumque *Hasen*- vel *Katzenköpfe* vocantur, cutis cranii, dura mater, superior pars ossis frontis et ossis occipitis, ossa bregmatis, et pars squamosa ossis temporum deficiunt; hinc quoque jam major, jam minor cerebri, cerebelli portio, et non raro medulla oblongata deest, atque ossa cum portione cerebri nuda esse solent. Haec est mihi prima horum monstrorum species.

Secunda rarior esse solet. In his enim ossa modo dicta quoque deficiunt; at cutis cranii, ossa obtegens et dura mater efformant saccum, modo majorem, modo minorem, pro re nata, vel non nisi portionem cerebri, cerebelli et medullae oblongatae, vel integrum cerebrum, in sensu latiore sumptum, continentem. Hujusmodi monstra in arte obstetricia notatu sunt dignissima.

Hinc ergo in monstris hujus naturae sequentibus est series quaedam observanda, h. e. compages ossium cranii decrescit, ita ut tandem integrum caput deficiat. Haec monstra itaque sic ordinata sunt, ut decrescentem capitis magnitudinis seriem, usque ad perfectam ejusdem evanescentiam observare liceat.

2989. Infans monstrosus novem mensium primae speciei, sexus potioris. Caput sequentia habet singularia: facies nulla est, aperturam videmus in medio, ex qua propendet lingua; in summitate, procul ab hac apertura cernitur oculus cum duabus pupillis concretus, supra hunc videmus processum bre-

vem, mobilem et digito similem; in quovis latere observantur veſtigia auris externae. Infra os occipitis usque ad lumbos observatur ſpina bifida. Supra umbilicum cernitur tuberculum rotundum herniosum.

793. Monstrum novem menſium primae ſpeciei femineum; per venam umbilicalem cera rubra injectum totum corpus rubet.

794. Monstrum ſimile primae ſpeciei, novem menſium, femineum.

795. Monstrum ſimile primae ſpeciei masculum, novem menſium.

796. Monstrum ſimile primae ſpeciei, novem menſium, ſexus ſequioris, cum funiculo umbilicali et placenta.

797. Simile monstrum primae ſpeciei, ſexus potioris, novem menſium; manus, pedes et digiti contorti et monstroſi. Per venam umbilicalem cera rubra totum corpus injectum. Tandem est annotandum, modo unicam adeſſe arteriam umbilicalem.

798. Simile monstrum octo menſium, primae ſpeciei, femininum. Ob deformationem cavi oris, lingua valde propendet. Ab oſſe occipitis usque ad medium dorſum ingens observatur ſpina bifida; pedes ſunt contorti.

2990. Infans monstroſus novem menſium primae ſpeciei, ſexus ſequioris. Ab oſſe occipitis usque ad lumbos ſeſe extendit

spina bifida. In regione umbilicali cernitur tuberculum praegrande herniosum.

799. Embryo sex circiter hebdomadum monstrosus secundae speciei, cum funiculo umbilicali et portione membranae amnios.

800. Embryo monstrosus secundae speciei femineus, duorum et dimidii circiter mensis.

801. Embryo monstrosus quatuor mensium masculus, secundae speciei, cum portione funiculi umbilicalis. Ossa bregmatis, os occipitis et os frontis imperfecta sunt, et externa cranii integumenta, cum dura matre in saccum nucis juglandis magnitudinem habentem mutata, qui cerebrum includit. In facie observantur ingens labium leporinum, et palatum fissum, quae deformatio germanice quoque appellari solet *ein Wolfsrachen.*

802. Embryo similis monstrosus quatuor mensium, sexus sequioris, figuram bufonis pene referens. In capite saccus herniosus cristatus cernitur. Partes extremae superiores valde breves atque recurvatae, manus cum digitis deformatae; extremitates inferiores valde breves atque retractae, abdomen in saccum leniter compressum est commutatum.

803. Monstrum femineum, secundae speciei quinque mensium. Oculi deformati, praeprimis dexter difficulter distinguendus. Inter oculum dextrum atque os frontis, extrorsum saccus,

duos pollices longus atque latus, partem aliquam cerebri continens, propendet. Nasus compressior et deformatus, ita ut vix nasus habeatur; os apertum atque admodum magnum; aures parvae. Manus dextra quinque quidem digitos habet, sed ossa metacarpi sunt compressa, ita ut tota manus valde sit deformis.

804. Embryo sex circiter mensium sexus potioris, cujus caput in ingentem magnitudinem extensum. Hydrocephalus sic dictus externus omnium, quos unquam vidi, maximus; qui dum nascebatur tota cohors plebis exclamavit vulpem esse natam.

805. Embryo septem mensium monstrosus sexus potioris secundae speciei. Pars frontalis ossis frontis, pars superior ossis occipitis et fere integra ossa bregmatis deficiunt; clausa sunt haec ossa dura matre et integumentis externis; cerebri portio hoc cavum implens, deesse videtur. Oculus sinister deficit, labium superius deficit; hinc os hiat, infra oculum dextrum apertura rotunda canalis est, ad fauces ducens. Thorax contractus ac deformatus; cor viam sibi per ossa et integumenta paravit externa, libere pendet atque hepati insistit. Abdomen nulla habet integumenta, apertum est, hinc omnia viscera libere pendent. Manus dextra quatuor habet digitos, manus sinistrae omnes digiti inter se concreverunt, uterque pes recurvatus. Monstrum quidem adspectu horrendum, verum propter situm cordis atque fabricam, rarissimum.

806. Monstrum sic dictum, *Katzenkopf*, secundae speciei, octo mensium, sexus sequioris.

807. Simile monstrum, novem mensium, sexus sequioris, secundae speciei.

808. Simile monstrum novem mensium sexus sequioris, secundae speciei, spinam bifidam habens a cervice usque ad lumbos extensam.

809. Infans femina monstrosa, secundae speciei, novem mensium, in qua, loco ossium, cranii cutis in saccum amplum est permutata, unde hoc, et reliqua monstra similia, saccata, h. e. sacco ornata, appellari merentur.

3025. Infans monstrosus legitimo termino natus sexus masculini, secundae speciei. Dura mater in latam superficiem extensa, libere fluctuat.

810. Caput monstri masculi novem mensium, secundae speciei.

811. Foetus masculus novem mensium sine capite et collo. Loco dextri brachii brevem appendiculam sine digitis habet; sinistrum brachium quidem adest, multo tamen brevius et magis contortum, quam in statu naturali esse solet; pes uterque valde recurvatus ac contortus.

812. Foetus monstrosus octo mensium. Caput, collum, thorax et extremitates superiores plane deficiunt; abdomen adesse videtur; signa sexus nulla. Ex infima parte abdominis surgit funiculus umbilicalis. Extremitas sinistra inferior qui-

dem adest, sed valde deformis atque contorta; digiti pedis difficulter distinguendi. Loco extremitatis dextrae inferioris pes unus cernitur, habens duos digitos, et per appendicem cutaneam cum reliqua cute abdominis cohaerens.

813. Infans femina monstrosa novem mensium, cujus dorsum contortum, extremitas inferior sinistra brevior dextra; in regione umbilicali protuberat saccus magnitudine pugni virilis majoris, viscera abdominalia continens.

814. Monstrum sexus sequioris novem mensium. Cutis ab osse sacro et coccygis, inter femora in saccum, magnitudinem capitis infantis aliquot mensium post partum, superantem, continuata est, qui continet varia tubercula et hydatides.

2999. Simile monstrum 814. equidem est; at saccus inter femora pendens continet substantiam parenchymaticam placentae similem.

815. Infans recenter natus monstrosus cum ingenti hernia umbilicali, sexus potioris.

816. Monstrum novem mensium, unam tantum extremitatem inferiorem habens; at difficile est determinatu, dextra sit, num sinistra, an ex utraque conflata. Os femoris est latum et crassum, supra modum contortum, quinque habens digitos. Sexus signa nulla, ani orificium nullum. Hoc aeque ac omnia, quae antecedunt et sequuntur, monstra, nondum a

me temporis angustiis excluso sunt investigata, hinc non nisi signa externa indicare valeo.

817. Embryo monstrosus femineus, trium mensium, cum labio leporino duplici et hernia umbilicali.

818. Monstrum femineum novem mensium. Caput praegrande, cujus occiput valde protuberat in saccum dilatatum. Extremitates superiores atque inferiores ita praeter naturam breves, ut vix quartam longitudinis solitae partem aequent; praeterea pedes introrsum contorti. Notandum est, matrem hujus monstri liberatam esse duobus hujusmodi monstris sibi simillimis, quorum alterum in sceleton mutatum, vide 1640.

819. Monstrum masculum novem mensium, antecedenti 818. simillimum, nempe extremitates superiores et inferiores sunt monstrosae, i. e. admodum breves et quasi appendices. Caput vero, thorax et abdomen insolitae sunt magnitudinis.

820. Monstrum novem mensium masculum; hepar, ventriculus, lien, intestina tenuia atque crassa, propter musculos abdominales deficientes, libera extra abdomen dependent.

821. Infans monstrosus novem mensium. Nasus atque labia prave formata; palatum fissum, unde talis oris habitus germanice appellari solet: *Wolfsrachen.* Sexus indicatu difficilis, potioris tamen esse videtur. Infra funiculum umbilicalem tuberculum molle rotundum, cujus diameter duos circiter pollices aequat, est collocatum; hernia vesicae esse videtur,

nam supra ossium pubis synchondrosin est apertura, per quam effluit urina. In qualibet manu numerantur sex digiti. Per vasa umbilicalia monstri corpus cera rubra est repletum.

822. Infans monstrosus recenter natus. In qualibet manu et in pede dextro sex numerantur digiti; uterque oculus desideratur; nasus pariter deest, et loco ejusdem pendet processus mobilis unum pollicem longus atque sex lineas crassus, in cujus extremitate inferiore apertura rotunda observatur, in quam stylus satis crassus profunde penetrare potest. Tandem partes genitales obscurae et non nisi difficulter distinguendae, viriles esse videntur. Vasa infantis per venam umbilicalem cera rubra repleta.

823. Infans mas recenter natus, cujus palatum ita fissum, ut labium superius quasi deficere videatur; per venam umbilicalem materia ceracea rubra injectus.

824. Monstrum novem mensium masculum. Musculi abdominales deficiunt; hinc omnia viscera extra cavum abdominis libere pendent, tota extremitas inferior cum osse innominato lateris dextri deficit. Monstrum hoc singulare habet, quod caput non solum insolitam habet magnitudinem, sed etiam praeprimis, quod facies ita est evoluta, ut similis sit faciei infantis unius anni.

825. Infans femina monstrosa, recens nata, cum ingenti hernia umbilicali. Vasa per venam umbilicalem cera rubra expleta.

826. Infans femina aliquot post partum dies mortua, cujus cor extra thoracem libere pendet. Est hoc rariſsimum exemplum, quod in libro beati BÜTTNERI, olim profeſsoris anatomiae Regiomonti Boruſsorum, sub titulo: *Anatomische Wahrnehmungen*, anno 1768 descriptum et delineatum est. Quod vero meliore adhuc descriptione atque delineatione dignum est.

2992. Monstrum novem mensium sexus sequioris. Cutis et musculi abdominales plenarie deficiunt, hinc viscera abdominis libere pendent. Dorsum et lumbi sunt contorti, hinc monstrum apparet gibbosum. Extremitas dextra superior singularem habet conformationem, e pectore surgere videtur; brachium stricte sic dictum est nullum; antibrachium et manus multo brevior et grandior sinistra, quatuor tantum numerantur digiti.

2993. Monstrum novem mensium sexus sequioris. Capite uno praegrandi; in medietate proceſsus dentalis maxillae superioris, pendet maſsa oſsea, cute faciei obducta. Duobus corporibus pectore concretis, quatuor extremitatibus superioribus et totidem inferioribus.

2996. Monstrum novem mensium sexus sequioris. Duo corpora, quatuor extremitates superiores et inferiores; pectora sibi opposita sunt concreta, a quolibet thorace surgit collum breve, quod sustinet caput, cujus facies antrorsum versa,

duobus oculis, naso, mento et duabus auribus est ornata; faciei retrorsum opponitur tertia auris e duabus conflata.

3019. Monstrum simile 2996. septem circiter mensium.

2991. Infans monstrosus novem mensium primae speciei sexus sequioris, bicorporeus. Unum caput, quatuor extremitates superiores, duo pectora concreta, duae pelves, quatuor extremitates inferiores. Facies singularem habet conformationem. Maxima pars maxillae superioris, margo dentalis sic dictus deficit. Nasus compressus et labium. Maxilla inferior depressa; ex ore propendet lingua lata, ope ligamenti cum naso et labio superiori conjuncta. Regio umbilicalis protuberat et in saccum herniosum est mutata.

3027. Monstrum bicorporeum sexus virilis, octo circiter mensium. Collo insidet caput, at singularis conformationis. Caput nempe refert figuram globiformem, ubique pilis longis brunnis ornatam. Facies est nulla, immo neque vestigia frontis, oculorum, nasi nec oris existunt. Oblique antrorsum, in hoc sic dicto capite, ad latus collum versus, duae aures singularis figurae pendent; quaelibet auris nempe ex duabus portionibus est conflata, per sulcum intermedium cohaerentibus; quaelibet portio constat ex helice, antihelice, trago, antitrago, lobulo auris, cavitate scaphoidea innominata atque concha, et fine coeco terminatur; hinc nullus existit meatus auditorius. E pectore surgit secundus embryo

sexus virilis, absque capite et collo. Caput et collum in pectore latere videntur. Anus est nullus. E lateribus supremae partis dorsi, duae extremitates superiores absque scapulis pendent, breves et contortae; in manu dextra duo, in sinistra tres numerantur digiti. Pars inferior dorsi, lumbi et extremitates inferiores quidem bene conformatae, at in pede sinistro secundus et tertius digitus sunt concreti, atque ante abdomen prioris embryonis deorsum pendent. Annotari adhuc meretur, matrem, praeter hoc monstrum bicorporeum virile, adhuc paucas horas ante partum ejusdem, foetum femininum bene conformatum, peperisse.

2994. Monstrum sexus sequioris, novem mensium, duobus capitibus, duobus collis, duobus thoracibus inter se coalitis, duabus extremïtatibus superioribus et totidem inferioribus.

827. Monstrum novem mensium sexus sequioris, bicorporeum; duo habet capita et pectora, quatuor extremitates superiores et tres inferiores. Praeceptor meus BÜTTNER olim descripsit in *anatomicis observationibus* suis, lingua germanica Regiomonti Borussiae 1768 impressis.

2995. Monstrum sexus potioris novem mensium, bicorporeum, duobus capitibus et collis, quatuor extremitatibus superioribus et inferioribus, pectore antrorsum concretum.

828. Duae in pectore concretae infantes feminae novem mensium, cum quatuor manibus et pedibus et duobus capitibus.

2997. Monstrum novem menſium gemellorum ſexus ſequioris. Infantes ſibi oppoſitae natibus tantum cohaerent anum communem habentes.

829. Monſtrum femineum novem menſium. Pedes recurvati; antibrachium dextrum juſto brevius, tumefactum, cum carpo recurvatum, et in manu dextra quatuor digiti, pollex nimirum deeſt; in manu ſiniſtra quinque quidem digiti, verum pollex, tamquam appendicula, cutis beneficio manui adhaeret.

3026. Infans monſtroſus legitimo termino natus ſexus feminini. Facies ut in 823. formata. In manu dextra ſeptem numerantur digiti. Pollex nempe bifurcatus et duo digiti minimi.

830. Monſtrum quinque et, quod excurrit, menſium femineum, in cujus capite ingens deprehenditur fiſſura oſſium maxillarium ſuperiorum cum ingente labio leporino. In latere dextro cervicis ſaccus, magnitudine nucis juglandis, liquido gelatinoſo repletus, cernitur.

831. Embryo trium menſium, femineus, cui neque oculi, neque extremitates ſuperiores. Inſertio funiculi umbilicalis in thoracem eſt facta.

832. Embryo trium menſium maſculus, multo major embryone 831. Funiculus umbilicalis in duos fiſſus, vero ante inſertionem in abdomen in unum funiculum confluentes. Embryones 831 et 832 ſunt gemelli.

3016. Embryo monstrosus sexus masculini septem hebdomadum, cujus manus dextra sursum tracta atque cum cute os bregmatis tegente, concreta; extremitas sinistra contorta multoque brevior observatur.

833. Monstrum sexus sequioris cum sacco sub axilla sinistra. Vasa cera rubra injecta.

3000. Spina bifida, quae incipit a duodecima vertebra dorsi et in medietate ossis sacri desinit. Dura mater, medullam spinalem involvens atque in saccum herniosum mutata, ita est aperta, ut medulla spinalis nuda appareat. Ex infante aliquot mensium post partum.

3001. Spina bifida a quarta vertebra lumborum usque ad apicem ossis sacri extensa. Dura mater caudam equinam involvens, in saccum praegrandem mutata et aperta observatur. Vagina nervorum bene apparet. Ex infante termino legitimo nato.

834. Monstrum, hermaphrodita dictum, novem mensium.

835. Caput et collum virginis quadraginta quatuor annorum. Facies monstrosa est atque horribilis adspectu, inprimis vero os horrendam refert figuram, ori vaccino similem, unde quoque appellata fuit: virgo cum ore vaccino. Praeterea variis coloribus, brunno, violaceo, viridi erat picta facies; inde sui videndae curiosos adlexit, pecuniamque collegit, dum vivebat. Filius meus faciem hanc horrendam vivis coloribus pinxit. Arteriae cera rubra felicissime repletae.

836. Partes genitales cum peritonaei portione musculos abdominales inveſtiente, e femina quadraginta circiter annorum. In ea sede peritonaei, ubi hoc in regione hypogaſtrica atque pudendali musculis abdominalibus eſt adfixum, saccus membranaceus inter peritonaeum et musculos abdominales deprehenditur, liquido meliceridi simili repletus, magnitudine capitis infantis recenter nati.

837. Caput cum omnibus colli vertebris, prima vertebra dorſi et coſta. Arteriae rubra cera injectae. Ex viro triginta aliquot annorum, cancro labii inferioris mortuo; cancer partes adjacentes jam valde devaſtavit. Elegans praeparatum pathologicum.

838. Specimen cancri occulti per indurationem glandularum lymphaticarum pone dextrum sterni marginem collocatarum, e femina quinquagenaria. Sternum cum cute faciem ejus anteriorem tegente; in ſuperficie poſteriore glandulae induratae in ſitu naturali ſunt relictae; ita in dextri regione secundae et tertiae cartilaginis coſtalis lateris, tumorem cernimus fere magnitudinem capitis recenter nati infantis habentem. In ſuperficie ſterni poſteriore glandulas lymphaticas in ingentem molem auctas atque induratas conſpicimus.

# *STEATOMA.*

839. Calvaria cute adhuc obducta. In regione frontali steatoma magnitudine ovi gallinacei invenitur. E femina triginta sex annorum. Arteriae cera rubent.

840. Cranium cute et pericranio obductum; superficiei internae adhaeret dura mater cum processu falciformi. In antica et superiore parte cranii deprehenditur tumor durus, rotundus, cujus diameter capit sex pollices et duas lineas; durities ejus minor est steatomatis et major meliceridis, maxima pars ossis frontis nempe superior, usque ad dextrum os bregmatis ita comsumta, ut tumor inter galeam capitis aponevroticam et duram matrem sit collocatus. Ex vetula septuaginta aliquot annorum.

841. Cerebrum ejusdem vetulae 840. In facie superiore hemisphaerii sic dicti dextri cerebri, tumor squamosus, rotundus, deprehenditur, cujus diameter pollicem unum et dimidium aequat. Plura lege in: F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. II. pag. 112. No. 558.

842. Steatoma, quod in cervice pendebat, magnitudine capitis adulti, post mortem resectum. E milite quinquagenario.

843. Steatoma in regione cervicis. Ex adulto.

844. Cutis ab infima parte thoracis, usque ad femora, cum partibus genitalibus externis detracta. Observatur steatoma

magnitudine caput hominis adulti aequans, ac regionem umbilicalem atque hypagastricam occupans, unde haec femina, quintum vel sextum mensem gravidae similis videbatur. E femina triginta annorum.

845. Steatoma praegrande femoris, octo pollices longum et latum atque quinque pollices crassum, cum vasis cruralibus. Arteriae rubra et venae viridi cera repletae. In hoc praeparato rarissima occurrit observatio, truncum nempe venae cruralis in perfectum os novem lineas crassum permutatum. E femina quadraginta trium annorum. Plura vide in *anatomicis observationibus meis*, Tab. IX. et F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 172. No. 351.

---

846. Glandula submaxillaris lateris sinistri. Ductui ejus Warthoniano lapillus globiformis, cujus diameter duas lineas aequat, inhaeret. Ex puerpera triginta aliquot annorum, post partum subito mortua, cujus caput per arterias carotides materia ceracea rubra injectum. Plura lege in F. A. WALTER, l. c. Tom. I. pag. 171. No. 349.

847. Caput cum collo hominis viginti quatuor annorum, lue venerea infecti. Facies horribilem aeque ac admirabilem praebet adspectum; summa enim accidit destructio oculorum, nasi et oris. Nasus et oculus sinister plane desiderantur, nec vestigium eorum existit. Oculus dexter omnino

destructus est et tantum rima in facie, oculi loco existit. Os horrendam habet figuram. Caeterum licet tanta acciderit destructio ossibus faciei, hic tamen miser perfecte sanatus fuit, et per quinque annos hilaris atque vegetus vixit, tandem febre putrida mortuus est.

## *OSSA MORBOSA.*

848. Portio maxillae superioris cum quatuor dentibus incisivis e puero octo annorum, morbo sic dicto *Schweinsrachen* affecto, forcipe avulsa. Plura vide in: F. A. Walter *Descriptione musei mei*, Tom. II. pag. 66. No. 437.

849. Quarta, quinta, sexta, septima, octava, nona et decima vertebra dorsi, cum parte costarum, per ligamenta cohaerentes, cariosae. Ex viro quadraginta aliquot annorum. Plura vide l. c. Tom. II. pag. 92. No. 496.

850. Ossa manus dextrae cum tendinibus flexoriis et extensoriis digitorum. Ex viro, chiragra adfecto quinquaginta circiter annorum. Arteriae cera rubra fulgent. Ligamenta articularia et ipsi tendines articulos transgredientes, materia cretacea repleti et distenti, tubercula in articulis efformant.

851. Manus sinistra cum digitis, a spina ventosa horrendum in modum tumefacta et amputata. Ex adulto sanato. Historiam morbi dedit filius meus in *Praelectione academica Berolinensi*, nondum impressa, *de morbis cutis.*

852. Sinistra manus ex viro, gelu adfecta et inde gangraenosa facta; apices primarum phalangum serra sunt resecti; cutis dorsi et volae manus fere ex toto ablata, postea restituta quidem, sed in multas cicatrices contracta. Arteriae cera rubra impletae.

853. Manus sinistra hominis adulti, cui olim digitus index amputatus, deinde vero prima phalanx bene sanata atque nova cute obducta. Arteriae cera rubra repletae.

854. Pes sinister ex viro sexagenario, cujus digiti gelu adfecti, inde gangraenosi facti. Pro demonstratione lineae demarcationis in gangraena.

855. Pars superior tibiae et fibulae, e viro quadraginta aliquot annorum, cui crus infra spinam tibiae amputatum. Cutis peracta amputatione faciem hanc tegens consulto relicta, et vasa cutanea et nervi elaborati. Plura vide in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. II. pag. 153. No. 630.

856. Extremitas superior tibiae et fibulae, patella ligamenti capsularis beneficio spinae tibiae adhaeret dextri lateris; ex milite quinquaginta aliquot annorum. Post amputationem sex menses miser hic adhuc vixit, at febre lenta tandem superveniente oppressus. Facies tibiae per amputationem facta, nova cute atque succo osseo obducta. Arteriae popliteae rami cera rubra impleti et caute evoluti. Hoc praeparatum ideo est factum, ut modus cognoscatur, quo arteria clauda-

tur, et quomodo nervi post amputationem sese habeant. Plura vide in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. II. pag. 152. No. 629.

857. Extremitas inferior ossis femoris lateris dextri una cum patella, quae adhuc per ligamentum capsulare cohaeret, quod a latere interno est apertum. Ligamentum hoc valde per fluidum album dilatatum est, qui morbus ab anglis *white Swelling* appellatur. Singularis adhuc observatio est, quod glandulae lymphaticae femoris morbosi, nigrae sunt, ut specimen conservatum monstrat. Arteriae rubra cera repletae sunt. Ex eodem milite 664. ubi plura vide.

858. Glandulae lymphaticae inguinales ex eodem homine 857. induratae et nigri coloris.

859. Praegressa luxatione patellae in juventute, subsecuta est anchylosis inter femoris os et patellam dextri lateris. Omnes musculi et ossi femoris adhaerentes praeparati, qui tenues, albi et in tendinem mutati apparent. Ex femina quinquaginta aliquot annorum. Hoc praeparatum descripsit filius meus l. c. Tom. II. p. 184. No. 680.

860. Os innominatum cum osse femoris dextri lateris. E femina quinquaginta aliquot annorum. Musculi omnes amoti sunt, et nihil nisi ligamenta relicta, ita ut os femoris cum osse innominato in acetabulo per ligamentum capsulare adhuc cohaereat. Os femoris fuit ante plures annos infra collum

fractum. Succus osseus loco, quo femur fractum fuit, callum generavit, magnitudinem pugni virilis superantem, et os femoris ambientem. Inter collum femoris et extremitatem fractam, nova exorta est articulatio, *Charnier* dicta. Plura in F. A. WALTER *Descript. musei mei*, Tom. II. pag. 161. No. 652.

861. Os pubis, ischii, portio ossis sacri et extremitas superior ossis femoris. Verisimiliter fractura ossis femoris olim facta fuit. Caput enim ossis femoris solutum, per ligamentum rotundum adhuc cum acetabulo cohaeret. Circumferentia acetabuli per succum osseum effusum aspera est. Collum femoris et trochanter aspera sunt, et multo succo osseo circumfusa. Ex viro quadraginta aliquot annorum.

862. Os innominatum et femur dextri lateris. Hoc praeparatum sistit singularem luxationem, qua femur in flectione et adductione retentum fuit. Luxatio ipsa in juventute accidit. Ut hujus luxationis historia esset completa, sequentes musculi elaborati: Musculus iliacus internus, pectineus, rectus femoris, adductores, tres glutaei, pyramidalis, obturatorius externus, duo gemini, obturatorius internus et quadratus femoris, portio nervi ischiadici per incisuram ischiadicam transiens. Nunc trochanterem minorem, acetabulum occupare videmus, collum femoris tegere spinam ossis ischii, et caput incisuram ischiadicam. Ligamentum capsulare, praeprimis rotundum ruptum est. Novum ligamentum ex tela cellulosa

et tendinibus acetabulum tegentibus compositum, ortum est. E femina quinquaginta aliquot annorum. Vide F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tab. II. pag. 182. No. 677.

863. Tibia cum fibula lateris sinistri in medio fracta et callo rursus conjuncta, secundum longitudinem fissa. Vasa subtilissima materia ceracea rubra felicissime repleta observantur, pro demonstratione naturae calli. Ex viro quinquagenario. Vide l. c. Tom. II. pag. 164. §. 19.

3002. Crus dextri lateris cum musculis et cute. Ex viro quadraginta annorum. Elegans specimen necroseos.

864. Caput virginis lue venerea adfectae, cum cute et musculis. Caries venerea pene omnia destruxit ossa facialia; bulbi oculi quidem in orbita haerent, at coeca erat; cavum oris et narium, destructis omnibus ossibus, quae haec cava componunt, in unum praegrande cavum mutata sunt, a quo lingua dependet; palatum osseum et molle destructum est, hinc hiat via aperta ex cavo oris in fauces. Verbo horribile adspectu est praeparatum. Interim haec virgo perfecte sanata fuit, et per multos annos in hoc statu laeta vixit. Plura l. c. Tom. II. pag. 99. No. 519.

# SECTIO TERTIA.

## EX ANIMALIBUS.

## NATURALIA.

## *CEREBRUM.*

865. Cerebrum testudinis marinae, cujus arteriae cera rubra optime sunt repletae.

866. Portio substantiae cerebri corticalis cum pia matre, maceratione praeparata, cera nitidissime rubet. E simia majore.

## *OLFACTUS.*

867. Caput canis cum labiis et buccis, lingua, maxilla inferiore, omnibus glandulis salivalibus, larynge, arteria aspera, pharynge et oesophago. Omnes musculi colli anteriores, posteriores, ossis hyoidei, linguae, laryngis, omnes ac singuli, immo minutissimi nervi et arteriae ad supra dictas partes migrantes, tam in dextro, quam in sinistro latere singulari

studio evoluti. Arteriae cera rubra quam felicissime sunt impletae.

868. Cornu bovis serra ab apice ad basin fissum, vasa cera rubra repleta, superficiem internam et externam pingentia jucundissimum exserunt spectaculum.

## *CUTIS. CUTICULA. UNGULAE.*

869. Pes anterior sinister simiae majoris. Cuticula cum unguibus a digitis est detracta, ita ut nuda cutis splendens appareat. Cera rubra quam felicissime expletae sunt arteriae.

870. Pes anterior dexter ex eadem simia 869. eodem modo injectus et praeparatus.

871. Pes posterior dexter ex eadem simia 869. eodem modo injectus et praeparatus.

872. Pes anterior ovis; cornu ab ungulis est detractum, arteriae cera rubra felicissime repletae.

873. Cutis plantae pedum anteriorum. E lynce. Arteriae cera rubent.

874. Cutis plantae pedum posteriorum. Ex eodem lynce.

875. Labium inferius, ex eodem lynce.

876. Cutis palati, ex eodem lynce.

# *V I S U S.*

## *OCULI QUADRUPEDIUM.*

### VULPIS MARIS.

Arteriae cera rubra repletae.

877. 878. Partes externae utriusque oculi.

879. Oculus dexter.

880. Oculus sinister; in utroque membranae et humores vario modo sunt evoluti.

### VULPIS FEMINAE.

Arteriae cera rubra refertae.

881. 882. Partes utriusque oculi externae.

883. Oculus dexter.

884. Oculus sinister; in utroque membranae et humores vario modo evoluti.

### SIMIAE.

885. 886. Partes externae cum utriusque oculi bulbo simiae non caudatae.

Arteriae cera rubra expletae.

887. 888. Partes externae amborum oculorum cum portione cutis faciei et segmento anteriori scleroticae.

889. Nervus opticus cum segmento posteriori scleroticae incisae, membrana choroidea a pupilla usque ad finem incisa; hac reflexa, uveam videre licet.

890. Anterius choroideae segmentum a filo pendens, in quo pro lubitu vel iridem vel corpus ciliare vel uveam videre licet.

891. Nervus opticus, segmenta posteriora scleroticae et choroideae a se invicem separata et reflexa; retina.

892. Membrana hyaloidea vitreum humorem includens atque cum lentis crystallinae capsula cohaerens.

A 887. ad 892. sunt ex simia majore.

## Capellae recenter natae.

Arteriae cera rubra injectae.

893. Choroidea a sclerotica liberata, sectione transversali media aperta, ita retina a choroidea soluta clare apparet.

894. Anterior scleroticae pars abscissa. Choroidea et retina a se invicem solutae et a pupilla ad nervum opticum incisae.

895. Lens crystallina cum humore vitreo cohaerens. Vasa lentis, retinae et choroideae cera rubra felicissime satiatae.

## Canis molossi.

Arteriae cera rubra impletae.

896. 897. Externae utriusque oculi partes.

898. Nervus opticus, choroidea ac pupilla, usque ad nervum opticum incisa, retina cum suis vasis cera rubra saturata.

899. Nervus opticus, segmentum posterius scleroticae incisum; choroidea sectione horizontali media incisa, ut in segmento anteriori pro lubitu orbiculum ciliarem et iridem vel corpus

ciliare et uveam intueri liceat; in interna segmenti poſterioris facie fluctuat retina.

900. Lens cum membranae hyaloideae portione.

## LYNCIS.

Arteriae cera rubra repletae.

901. Partes externae oculi dextri cum ſegmento anteriori ſcleroticae et muſculis huic inſertis.

902. Cornea ſola exſecta.

903. Nervus opticus, ſegmentum poſterius ſcleroticae; choroidea a ſclerotica ſoluta et in angulo oculi externo inciſa et reflexa; retina.

904. Lens cryſtallina cum humoris vitrei membrana cohaerens.

905. Partes externae oculi ſiniſtri cum ſcleroticae ſegmento anteriori et muſculis inſertis. Segmentum choroideae anterius, ſcleroticae orbiculi ciliaris ope adhaerens.

906. Nervus opticus; ſegmentum poſterius ſcleroticae et choroideae; retina.

907. Simile praeparatum 904.

908. Glandula lacrymalis.

## LEPORIS FEMINAE.

Arteriae cera rubra impletae.

909. Partes externae oculi dextri.

910. Sclerotica, choroidea et retina, ſectione per medium

bulbum, transversali facta in duo segmenta, anterius et posterius, divisae.

911. Lens cum humore vitreo; arteria centralis posteriorem lentis superficiem pingit.

912. Segmentum anterius scleroticae et choroideae inversum, quo facto processus ciliares, uvea et pupilla eleganter apparent.

913. Posterius scleroticae, choroideae et retinae segmentum cum nervo optico.

914. Lens crystallina cum humore vitreo cohaerens, cujus superficies posterior, arteria centrali, rubra cera impleta, est picta.

915. Sclerotica cum nervo optico, choroidea et retina, sectione transversali per medium aperta et separata.

916. Lens oculi 915.

917. Scleroticae segmentum posterius cum nervo optico, choroidea per medium sectione transversali aperta, retina incisa, at humores cum lente adhuc sunt in situ.

### LEPORIS MARIS.

Arteriae cera rubent.

918. 919. Partes utriusque oculi externae, cum segmento anteriori scleroticae.

920. Segmentum posterius scleroticae cum nervo optico, choroidea sectione transversali aperta; retina.

921. Lens hujus oculi vel dextri.

922. Segmentum posterius scleroticae cum nervo optico, choroidea et retina, sectione transversali apertae et a se invicem separatae.

923. Lens oculi sinistri 922.

### MELIS.

Arteriae cera rubent.

924. 925. Partes utriusque oculi externae.

926. Pars anterior membranae scleroticae, et choroideae; quodammodo adhuc orbiculi ciliaris ope cohaerent.

927. Nervus opticus cum posteriori scleroticae segmento.

928. Pars posterior membranae choroideae et retinae.

929. Lens et humor vitreus oculi 928.

930. Nervus opticus; pars posterior scleroticae, choroidea a pupilla usque ad nervum opticum incisa; retina soluta.

931. Lens crystallina oculi 930.

### DORCADIS.

Arteriae cera rubra repletae.

932. 933. Externae utriusque oculi partes.

934. Anterius scleroticae segmentum resectum; posterius duobus in locis oppositis incisum atque reflexum. Choroidea sectione transversali in duo segmenta est divisa, quorum

anterius pupillam nec non corpus ciliare monstrat, posterius, ingressum nervi optici in retinam mutatum.

935. Nervus opticus, sclerotica maxima ex parte resecta, choroidea integra a pupilla usque ad foramen ejusdem posterius aperta; retina subtilissimis vasis picta.

936. Lens dextri oculi crystallina.

### Asinae.

Arteriae cera rubra injectae.

937. 938. Externae utriusque oculi partes, h. e. supercilia, palpebrae cum ciliis, glandula lacrymalis, palpebra tertia. Musculi oculi superficiei externae membranae scleroticae adfixi, elaborati.

939. Choroidea sectione transversali aperta et inversa.

940. Choroidea leniter incisa et inversa.

### Ovis.

Arteriae cera rubra saturatae.

941. 942. Partes utriusque oculi externae, cum segmento scleroticae anteriori et musculis.

943. Anterior scleroticae pars resecta, quo melius iris, pupilla, et pars choroideae anterior conspectui sese offerant.

944. Choroidea in duo segmenta divisa; anterius pupillam et iridem, posterius retinam et posteriorem choroideae partem continet.

945. Lens crystallina cum humore vitreo; arteria centralis superficiem posteriorem pingit.

### LUPI.

Arteriae cera rubent.

946. 947. Externae utriusque oculi partes, palpebrae nempe, glandulae lacrymales, pars membranae scleroticae anterior; musculi scleroticae inserti, et tandem conjunctiva parti anticae scleroticae adhaerens.

948. Nervus opticus, pars posterior membranae scleroticae; choroidea et retina.

949. Lens crystallina oculi dextri 948.

950. Simile praeparatum 948. Choroidea sectione transversali aperta, ut retinam spectare valeamus.

951. Lens crystallina oculi sinistri 950.

952. 953. Utraque membrana choroidea ex lupo. Arteriae non injectae.

## *OCULI AMPHIBIORUM.*

### PHOCAE.

Arteriae cera rubra, venae viridi saturatae.

954. 955. Partes utriusque oculi externae et segmentum anterius scleroticae cum musculis.

956. Segmentum posterius scleroticae, cum nervo optico, choroidea a sclerotica soluta et integra; hinc retina, lentem, et humorem vitreum adhuc includit.

957. Segmentum posterius scleroticae cum nervo optico; choroidea et retina sunt incisae, ut aditus ad earum superficiem internam pateat.

958. Lens crystallina cum humore vitreo.

### TESTUDINIS MARINAE.

Arteriae cera rubra injectae.

959. Partes oculi dextri externae cum segmento anteriori scleroticae et musculis ipsi insertis; glandula lacrymalis inusitatae est magnitudinis, glandulae parotidi humanae haud absimilis et illius ostiola valde patula apparent. Est perpulchrum praeparatum.

960. Segmentum posterius scleroticae et choroideae cum nervo optico et retina.

961. Anterius choroideae segmentum; hinc pupilla, iris, orbiculus ciliaris, uvea et corpus ciliare, conspectui subjiciuntur.

962. Lens crystallina cum humore vitreo.

963. Partes oculi sinistri externae cum integro globo oculi, omnibus musculis ipsi insertis et nervo optico.

## *OCULI PISCIUM.*

### BALAENAE.

964. Membrana conjunctiva a sclerotica separata tantum cum dimidio ambitu corneae cohaeret; dimidia sclerotica ab ambitu corneae ad nervum opticum ita ablata, ut cornea sit

integra, deinde membrana choroidea a pupilla ad nervum opticum ita incisa, ut retina et humores una cum lente bene appareant. Ablatae scleroticae partes vitri fundo incubant.

## *OCULI AVIUM.*

### Ardeae stellaris.

Arteriae cera rubra injectae.

965. Oculi dextri partes externae cum segmento anteriori scleroticae et musculis huic insertis.

966. Posterius scleroticae segmentum cum nervo optico, choroidea et retina media sectione perpendiculari aperta, ut humor vitreus cum lente in situ naturali appareat.

967. Externae oculi sinistri partes.

968. Simile praeparatum 966; in hoc vero lens ab humore est soluta.

969. Lens crystallina.

### Ardeae.

Arteriae cera rubra repletae.

970. Partes oculi dextri externae cum segmento anteriori scleroticae et musculis insertis.

971. Segmentum anterius choroideae.

972. Lens crystallina oculi dextri 970.

973. Segmentum posterius scleroticae, choroideae et retinae; harum vasa cera rubra fulgent.

974. Partes oculi sinistri externae cum segmento scleroticae et choroideae anteriori, et musculis palpebras et globum oculi moventibus.

975. Segmentum posterius scleroticae et choroideae, cum nervo optico, retina cum humore vitreo et lente.

976. Palpebrae et conjunctiva cum parte scleroticae antica cohaerent; deinde sclerotica, choroidea et retina mediae transversim incisae, quo facto et in ipso oculi cavo humores conspicere valemus.

977. Pars anterior membranae choroideae resecta; segmentum posterius scleroticae et choroideae cum nervo optico, retina et humor vitreus.

## CICONIAE.

Arteriae cera rubent, venae flavent.

978. Partes oculi dextri externae cum segmento anteriori scleroticae.

979. Segmentum anterius choroideae.

980. Segmentum posterius scleroticae et choroideae cum nervo optico, retina aperta; humor vitreus et lens crystallina in situ haerent.

981. Partes oculi sinistri externae. Segmentum vero scleroticae anterius est demtum.

982. Segmentum anterius scleroticae et choroideae.

983. Simile praeparatum 980.

## STRIGIS BUBONIS.

Arteriae cera rubra refertae.

984. Partes oculi dextri externae cum segmento anteriori scleroticae, choroideae et musculis ei insertis, membrana nictitans cum suo musculo et tendine.

985. Segmentum posterius scleroticae et choroideae cum nervo optico; retina aperta.

986. Partes oculi sinistri externae, segmentum anterius scleroticae cum musculis ei insertis.

987. Segmentum posterius scleroticae cum nervo optico; choroidea a pupilla usque ad nervum opticum incisa, retina. Elegans sane praeparatum.

988. 989. Partes utriusque oculi externae, cum bulbo et humoribus in eo contentis.

## STRIGIS ALUCONIS.

Arteriae cera rubra saturatae.

990. Segmentum anterius scleroticae cum palpebris et membrana nictitante. Ex oculo dextro.

991. Pars posterior scleroticae, nervus opticus, choroidea vero cum retina et humoribus, sunt integra. Iris singularem monstrat fabricam ob vasa felicissime injecta.

992. Simile praeparatum 990. Ex oculo sinistro.

993. Segmentum posterius scleroticae cum nervo optico; choroidea a pupilla usque ad nervum opticum simul cum retina

est aperta; humores amoti. In hoc praeparato jucundissimum praebetur spectaculum a processibus ciliaribus, uvea, retina, et pectine avium propter vasa injecta exhibitum.

994. Lens crystallina.

### Accipitris.

Arteriae cera rubent.

995. Partes oculi dextri externae.

996. Choroidea soluta et aperta.

997. Lens crystallina cum humore vitreo cohaeret.

998. Partes oculi sinistri externae. Sclerotica demta.

999. Segmentum anterius scleroticae et choroideae.

1000. Segmentum posterius scleroticae et choroideae cum nervo optico; elegans pecten avium.

### Aquilae.

Arteriae cera rubra et venae viridi saturatae.

1001. Partes oculi dextri externae, cum segmento scleroticae anteriori; glandula lacrymalis cum suo ductu excretorio.

1002. Segmentum posterius scleroticae, choroidea, retina, nervus opticus.

1003. Humor vitreus cum lente cohaerens.

1004. Partes oculi sinistri externae cum segmento anteriori membranae scleroticae et choroideae.

1005. Nervus opticus, posterior scleroticae et choroideae portio, pecten avium, retina, membrana hyaloidea cum humore vitreo et lente.

### G r u i s.

Arteriae cera rubra repletae.

1006. Partes oculi dextri externae cum segmento anteriori scleroticae et choroideae.

1007. Segmentum posterius scleroticae et choroideae cum nervo optico, pecten avium et retina.

1008. Partes oculi sinistri externae.

1009. Posterius scleroticae segmentum cum nervo optico, choroidea ab orbiculo ciliari usque ad nervum opticum apertum, pecten avium, retina.

1010. Lens crystallina ex 1009.

## *Gustus. Manducatio. Deglutitio. Vox.*

1011. Lingua cum osse hyoideo ex asina. Arteriae rubra cera artificiose expletae.

1012. Inferius ejusdem asinae labium.

1013. Os hyoideum, lingua, larynx, arteria aspera, interna oris membrana, ex testudine marina majore. Arteriae cera rubra repletae.

1014. Maxilla inferior, lingua cum suis musculis, tota arteria aspera, pharynx, oesophagus, os hyoideum cum suis et nonnullis anterioribus colli musculis. Arteriae carotides, tam dextra quam sinistra, cum omnibus suis ramis, optime extricatae et cera rubra felicissime injectae. E dorcade.

1015. Lingua, pharynx et arteriae asperae caput. Ex lupa. Arteriae cera rubent.

1016. Lingua, membrana palati, pharynx, oesophagus, larynx, arteria aspera. Ex psittaco.

## *PARTES IN THORACE ET ABDOMINE.*

1017. Simia caudata major; totius corporis vasa per carotidem cera rubra felicissime saturata.

1018. Simiae paulo minoris caput, collum, pedes anteriores et posteriores. Arteriae cera rubra impletae.

1019. Partes thoracis et abdominis. Arteriae cera rubra, venae flava repletae. E lynce mare.

1020. Caput et portiones nonnullae intestinorum e testudine marina. Arteriae cera rubra, venae flava injectae.

1021. Variae portiones intestini jejuni ex testudine marina. Arteriae rubrae et venae flavae.

1022. Viscera thoracis et abdominis ex testudine ordinaria femina. In ovario ovula deprehenduntur.

1023. Caput, oesophagus, viscera thoracis et nonnulla abdominis viscera. Ex strige bubone. Arteriae cera rubra injectae.

## Cor. Pulmo.

1024. Labia cum pilis seu barba, lien, hepar, pulmo, aspera arteria cum lingua, ex phoca. Arteriae cera rubra, venae viridi fulgent.

1025. Lingua, pharynx, oesophagus, larynx cum suis musculis, arteria aspera, pulmones, cor. Arteria aorta et ejus rami cera rubra felicissime impleti et evoluti. Arteria pulmonalis cera flava expleta. Ex lepore.

1026. Lingua, labium inferius, arteria aspera ex lepore. Arteriae perpulchre cera rubra fulgent.

1027. Larynx et arteria aspera ex mele. Arteriae cera rubra injectae.

1028. Pulmones et arteria aspera ex lupa; pulmones cera rubra per arteriam pulmonalem injecta fulgent.

1029. Arteria aspera cum pulmone dextro e castore. Arteriae cera rubra impletae.

1030. Lingua, pharynx, oesophagus, arteria aspera, pulmones, cor, diaphragma, hepar cum vesica fellea ex simia femina majori. Arteriae cera rubra, venae viridi felicissime injectae.

1031. Cor ex testudine marina, per arterias cera rubra, atque venas flava injectum.

1032. Uterque pulmo ex testudine marina. Arteriae cera rubra infarctae.

## *HEPAR. VESICA FELLEA. LIEN.*

1033. Hepar cum vesicula fellea. Vena cava cera flava, arteria hepatica rubra bene expleta. Ex lepore.

1034. Hepar cum vesica fellea e testudine marina. Arteriae cera rubent.

1035. Lien ex simia femina. Arteriae cera rubra, venae viridi optime impletae.

## *OESOPHAGUS. VENTRICULUS. OMENTUM MAJUS. PANCREAS. INTESTINA.*

1036. Portio oesophagi, ventriculus, omentum majus, duodenum, pancreas et lien ex phoca femina. Arteriae cera rubra optime impletae.

1037. Ventriculus cum omentis ex testudine marina, arteriae cera rubra injectae.

1038. Oesophagus, ventriculus et intestinum duodenum secundum longitudinem aperta; omentum majus et lien. E castore.

Arteriae cera rubra felicissime repletae. Hoc praeparatum cum aliis explicavit filius meus, in *Praelectione academica Berolinensi*, nondum impressa, *de Castore.*

1039. Portio oesophagi, lien, ventriculus et intestinum duodenum aperta; membrana villosa ventriculi et duodeni cera rubra injecta fulget. Ex lepore.

1040. Ventriculus a cardia ad pylorum apertus. Prope cardiam membranae ventriculi, muscularis nempe, nervea et villosa a se invicem separatae. Arteriae cera rubent.. Ex lupa.

1041. Ventriculus apertus cum omento majori et liene; arteriae cera rubra injectae. E phoca.

1042. Ventriculus cum duodeno ex equo. Arteriae cera rubra repletae; membrana villosa, nervea, muscularis a se invicem separatae.

1043. Membrana nervea cum villosa a musculari summo studio et labore separata. Arteriae cera rubra repletae. Ex equo.

1044. Portio intestini tenuis ex tigride Bengalensi. Arteriae cera rubra impletae.

1045. Ventriculus cum parte intestini duodeni. Arteriae cera rubra injectae. E capra.

1046. Portio intestini jejuni ex lepore. Arteriae cera rubra saturatae.

1047. Ventriculus, portio intestinorum tenuium et intestina crassa. Ex ove. Arteriae rubra cera expletae.

## *R E N.*

3023. Ren dexter ursi. Trunci majores arteriarum renalium cera rubra et venarum viridi injecti.

1048. 1049. Ambo renes, secundum longitudinem secti. Arteriae rubra, venae viridi cera repletae. E lupa.

1050. Ren e mele. Arteriae rubra cera saturatae.

1051. Ren e castore. Arteriae rubra cera impletae.

## *V I R I L I A.*

1052. Intestinum rectum ad orificium ani apertum, vesica urinaria aperta, partes genitales masculae ex vulpe. Arteriae cera rubra repletae.

1053. Partes genitales masculae, intestinum rectum, vesica urinaria, et vesiculae massam odoriferam, *castoreum* dictam, continentes. E castore. Arteriae rubra cera bene expletae.

1054. Partes genitales viriles. E simia non caudata.

1055. Partes genitales viriles e mele. Arteriae rubra cera injectae. Nervi et musculi penis singulari studio evoluti. Plura lege in *Nouveaux mémoires de l'académie de Berlin*, 1792 *et* 1793, *mémoire* sur le blaireau, *par M.* W*ALTER le père.*

1056. Partes genitales e cane majori sexus potioris. Arteriae cera rubra injectae. Testiculi ambo mercurio repleti.

## *MULIEBRIA.*

1057. Vesica urinaria, uterus bifidus cum tubis et ovariis, vagina cum pronao et intestino recto. Arteriae rubra, venae viridi cera optime repletae. E phoca.

1058. Renes, ureteres, vesica urinaria, intestinum rectum, tubae, ovaria, uterus, vagina cum pronao. E simia femina. Arteriae rubra, venae viridi cera perpulchre expletae.

## *UTERUS GRAVIDUS.*

1059. Uterus vaccae tres et dimidium mensem gravidae. Arteriae umbilicales cera rubra impletae. Systema infantile colore rubro fulget et in maternum ne minima quidem guttula penetravit. Portio membranarum, quae foetum incluserant, est a facie interna uteri una cum cotyledonibus separata, et vasa hanc ornantia sunt per injectionem tam feliciter repleta ut jucundissimum praebeant spectaculum. Membranae et cotyledones tamquam pannus scarlatinus apparent.

1060. Cornu dextrum uteri vaccae, paucos dies ante legitimum terminum partus mactatae. Arteriae rubra, venae viridi cera impletae.

1061. Renes, ureteres, uterus bicornis, vagina, ovaria, tubae cum portione peritonaei, quae has partes revincit, partes genitales externae, mammae cum cute detracta, cauda atque

pedes posteriores e cane gravida, paucis diebus ante partum, apertis carotidibus occisa. Elegantissimi hujus praeparati arteriae materia ceracea rubra, venae viridi ita feliciter injectae fuerunt, ut non tantum uterus et omnes ei conjunctae partes colore variegato pictae, verum etiam placentae arteriae et venae totae quantae repletae sint. Licet injectio tam bene successerit, tamen ne guttula quidem in funiculum umbilicalem penetravit. Canis haec gravida gestabat quatuor caniculos, quorum unus cum placenta sua est excisus; reliqui tres adhuc continentur in utero bicorni.

1062. Foetus canis 1061. cum funiculo umbilicali et placenta. Systema uterinum placentae felicissime repletum, sed ne guttula quidem materiae ceraceae in systema foetale transiit. Hinc funiculus umbilicalis vacuus reperitur.

1063. Partes genitales externae, vagina, uterus, tubae et ovaria ovis gravidae, aliquot dies ante partum ordinarium mactatae. Arteriae cera rubra felicissime injectae. Est perpulchrum praeparatum.

1064. Embryo ovis 1063. cum membranis et cotyledonibus suis, liquore amnios adhuc inclusus.

1065. Cutis regionis umbilicalis, cum portione funiculi umbilicalis, pene et cute scroti. Ex vitulo trium et dimidii mensis post conceptionem. Arteriae rubra cera impletae.

## *GENERATIO SINGULARIS.*

1066. Rana piscis.

1067. 1068. Rana piscis, jam jam in ranam mutari incipit.

3021. Simile praeparatum.

3022. Simile praeparatum. Abdomen est apertum, quo permutatio piscis in ranam melius appareat.

1069. Rana ipsa.

1070. Pipa Surinamensis mas.

1071. Pipa Surinamensis femina.

## *PARTES IN THORACE ET ABDOMINE AVIUM.*

1072. Caput et truncus cum omnibus partibus thoracis, abdominis et pelvis. Ex ardea stellari. Arteriae cera rubra fulgent.

1073. Lingua, pharynx, oesophagus, aspera arteria, omnes partes thoracis et abdominis, e corvo indico.

1074. Maxilla inferior cum pharynge, oesophago, arteria aspera, partibus thoracis et abdominis. Ex ciconia. Arteriae rubra et venae flava cera infarctae.

1075. Simile praeparatum. Ex ardea. Arteriae rubra, venae flava cera injectae.

1076. Lingua cum pharynge, oesophago, arteria aspera et omnibus partibus thoracis et abdominis. Ex aquila. Arteriae rubra, venae viridi cera nitent.

---

1077. Tarantula elegans.
1078. Scorpio.

## *VERMES INTESTINALES.*

1079. Vermes ex intestinis tenuibus castoris.
1080. Portio intestini jejuni e balaena rostrata FABRICII sic dicta, cujus membranae villosae vermes lumbricorum homines infestantium figuram imitantes adfixi cernuntur.
1081. Portio intestini jejuni cum vermibus ex balaena 1080.

# SECTIO QUARTA.

## EX ANIMALIBUS.

## NON NATURALIA.

## *VISUS.*

1082. 1083. Partes utriusque oculi externae. Arteriae cera rubra felicissime impletae. Ex bove.

1084. Nervus opticus, sclerotica plane abscissa, choroidea a retina separata et tandem retina ipsa. Utraque membrana a pupilla usque ad nervum opticum incisa. Arteriae felicissime cera rubra impletae. Ex bove.

1085. Conjunctiva scleroticae conjuncta. In cornea videmus excrescentiam unum pollicem longam, et duas lineas, prope corneam, crassam, quae vero deinde in duos finditur ramos; conjunctivae vasa ad hanc excrescentiam meant eamque nutriunt. Sclerotica sectione transversali in duo segmenta, anterius et posterius est divisa. Eadem sectione choroidea a

sclerotica et retina separata et divisa. Hoc modo omnes oculi membranae et humores, vitreus et crystallinus apparent. Vasa cera rubra injecta. In *praelectione academica Berolinensi*, nondum impressa, *Bemerkungen über einige Augenkrankheiten*, filius meus descripsit inter varia vitia oculi humani jam supra numerata, etiam hoc notatu dignissimum.

## *Cor. Vasa.*

1086. Apex cordis e bove, in quo steatoma videre licet.

1087. Anevrisma rami arteriae mesentericae superioris. Ex equo.

## *Monstra.*

### *Quadrupedium.*

1088. Monstrum porci bicorporei recenter nati pectore concreti; uno capite, quatuor auribus, quatuor pedibus anterioribus et totidem posterioribus et duabus caudis instructum.

1089. Foetus porcinus monstrosus, monoculus; supra oculum in fronte eminet processus longus proboscide simillimus.

1090. Porcus monstrosus legitimo tempore natus. Hoc singulare habet, quod caput capiti humano persimile.

1091. Porcus monstrosus legitimo tempore natus. In sinistro latere duo numerantur pedes anteriores. Ex umbilico surgit

saccus herniosus usque ad maxillam inferiorem extensus, viscera abdominalia continens.

1092. Canis recenter natus monstrosus, cujus facies refert figuram talpae.

1093. Felis monstrosa legitimo termino nata, bicorporea, unum caput, quatuor pedes anteriores, quatuor posteriores et duas caudas habens.

3020. Simile monstrum felis, legitimo tempore natum, 1093.

2998. Embryo monstrosus equi duorum circiter mensium, duobus capitibus in unum conflatis, quatuor oculis, duabus auribus, duabus faciebus, uno collo et thorace, duabus pelvibus et caudis, duobus pedibus anterioribus et quatuor posterioribus.

1094. Dorsum, lumbi, pelvis, suprema pedum posteriorum pars; omnes dictae partes cute adhuc teguntur, pilis antea abrasis. Scrotum cum partibus genitalibus externis. Viscera intra saccum peritonaei contenta resecta; reliqua in abdomine et pelvi in situ naturali retinentur. Ex hirco ovino. Partes genitales insolitam habent fabricam; hinc hermaphrodita est habitus. Arteriae rubra, venae viridi cera felicissime injectae.

1095. Dorsum, lumbi et pelvis, viscera intra saccum peritonaei resecta; partes extra peritonaeum in situ naturali conservatae. Cutis pelvis et pedum posteriorum est integra, et, ut

certe constat capram fuisse, pedes posteriores cum cute cohaerent. Partibus genitalibus insolitus est habitus, hinc capra hermaphrodita habita. Arteriae rubra, venae viridi cera felicissime saturatae.

## *A V I U M.*

3017. Anas cum tribus pedibus, paucis diebus post exclusionem denata.

1096. Anas e suo ovulo legitimo tempore exclusa, habens quatuor pedes.

1097. Pullus recens exclusus cum quatuor pedibus.

1098. Pullus recens exclusus cum tribus pedibus.

1099. Pullus recens exclusus cum quatuor pedibus.

1100. Pullus recens exclusus, in quo maxilla superior ex osse frontis prodit.

1101. Pullus recens exclusus cum duobus pedibus anterioribus et totidem posterioribus.

3018. Pullus cum tribus pedibus, nonnullis hebdomadibus post exclusionem denatus.

1102. Pullus uno collo et duobus capitibus, quae cum ossibus frontalibus concreverunt.

1103. Pullus monstrosus recenter exclusus, in cujus capite numerantur quatuor oculi et duo rostra, quorum dextro tantum maxilla est superior.

1104. Pullus recens exclusus cum duobus capitibus, duobus collis, tribus alis et duobus pedibus.

1105. Pullus monstrosus recenter natus, duo capita et unum collum habens, caeterum naturalis.

---

1106. Anates gemellae in uno ovo contentae.

1107. Ala sinistra fracta et callo rursus juncta. Arteriae rubra, venae viridi cera expletae. Ex aquila.

# MUSEUM
# ANATOMICUM.

## PARS SECUNDA.

# M U S E U M
# A N A T O M I C U M.

## PARS SECUNDA.

*Praeparata anatomica, quae siccata conservantur.*

## SECTIO PRIMA.

### EX HOMINIBUS.

### NATURALIA.

## *MUSCULI.*

1108. Systema myologicum perfectum, ex viro triginta annorum. Ossa totius corporis, ligamentis naturalibus inter se cohaerentia. Omnes musculi capitis, colli, pectoris, dorsi, abdominis, pelvis, extremitatum superiorum et inferiorum; diaphragma in situ naturali retentum. In uno latere manus in supinatione, in altero in pronatione est; femur, crus et pes dexter in extensione, sinister in flectione retinentur. Utile

praeparatum et labor plurium hebdomadum. Singularem machinam excogitare conatus sum, ut in hoc et plurimis aliis praeparatis angiologicis naturalem musculorum et vasorum directionem, quantum fieri posset, retinerem.

1109. Maxilla inferior cum omnibus musculis ipsi insertis. Ex adulto.

1110. Scapula et clavicula lateris sinistri ex viro viginti aliquot annorum. Omnes musculi his ossibus inserti arte sunt praeparati.

1111. Os brachii lateris sinistri cum musculis ipsi adhaerentibus. Ex adulto.

1112. Ossa antibrachii et manus lateris dextri cum omnibus tendinibus manum et digitos moventibus. Ex viro.

1113. Os innominatum dextrum cum omnibus musculis ipsi insertis, excepto iliaco interno. Ex viro.

1114. Os innominatum sinistri lateris cum omnibus musculis. Ex viro.

1115. Tibia, fibula et patella sinistri lateris cum omnibus musculis his ossibus insertis. Ex viro.

1116. Ossa pedis sinistri cum omnibus tendinibus. Ex viro.

## *CEREBRUM.*

1117. Caput sine maxilla inferiori, ex infante novem annorum. Solae arteriae rubro, per anastomosin vero venae eodem

etiam colore repletae. In hoc capite cranium in utroque latere ita apertum est, ut primum sectione perpendiculari, deinde horizontali, pars intermedia ossis frontis, amborum ossium parietalium et ossis occipitis, usque ad protuberantiam ossis occipitis externam relicta sit, cui introrsum sinus falciformis durae matris adhaeret; pars orbitalis ossis frontis ablata, et oculi cum musculis et arteriis exarati in cavo orbitae haerent; rami carotidis cerebralis omnes elaborati filis metallicis in situ naturali tenentur. Tandem dura mater cum processibus suis, falciformi majori, horizontali, et falciformi minori seu cerebelli, et omnibus sinibus quam distinctissime apparent.

1118. Caput viri triginta annorum, cum naso cartilagineo et auribus externis. Cerebri arteriae cera rubra repletae atque evolutae, venae viridi infarctae. Media pars ossium, frontis, bregmatis, occipitis, cranio sectione horizontali serra aperto, relicta est, ut adhaesio processus atque sinus falciformis majoris bene conspici possit, neque minus hac encheiresi processus transversalis et falx cerebelli cum omnibus sinibus, petrosis, occipitalibus, cavernoso etc., clare ob oculos ponuntur. Tandem propriae cranii venae resorbentes conspiciuntur, ex ossibus cranii, quibus adhaeret processus falciformis major, venientes, durae matri, et tandem sinu falciformi inseruntur.

1119. Cranium, cujus superficies externa cute et interna dura matre tegitur, quae propter ceram rubram arteriis injectam rubent. Ex puero decem annorum.

1120. Simile praeparatum ex infante quinque annorum.

1121. Calvaria cujus faciei internae dura mater adhaeret. Arteriae cera rubra injectae. Ex infante sex mensium.

1122. 1123. Caput infantis trium annorum, in quo solum periostium, externam ossium capitis superficiem tegens relictum, deinde horizontaliter cranium apertum et dura mater haeret in situ naturali. Solae venae cera rubra injectae. Hoc praeparatum descriptum atque depictum invenimus in *Nouveaux Mémoires de l'académie de Berlin*, *année* 1782, vel in tractatu meo latino et germanico: JOHANNES GOTTLIEB WALTER, *de morbis peritonaei et apoplexia*, *cum tabulis aeneis.* Berolini, MDCCLXXXV. Litteris *Georgii Jacobi Deckeri.* Tab. I. et II.

1124. Simile praeparatum eodem modo exaratum atque injectum quo 1122. Ex infante duorum annorum.

1125. Simile praeparatum eodem modo injectum et perfectum quo 1122. Ex infante sex mensium.

1126. Simile praeparatum, eodem modo injectum et exaratum quo 1122. Ex infante duorum mensium.

1127. Simile praeparatum eodem modo injectum et exaratum, quo 1122. Ex infante recenter nato.

1128. Portio durae matris, cerebri haemisphaeria sic dicta obtegens, ab osse frontis, bregmatis et occipitali soluta cum processu ſalciformi majori atque transversali. Arteriae cera rubra tam felici successu repletae, ut dura mater instar panni scarlatini appareat. E puero octo annorum.

1129. Portio durae matris, cujus arteriae cera rubra injectae. Ex viro.

1130. Simile praeparatum.

# *V A S A.*

## *S A N G U I F E R A.*

1131. Caput absque cranio et maxilla inferiori, omnes vertebrae, os sacrum et coccygis, costae sinistrae omnes. Arteria aorta ab exitu e corde usque ad iliacas, cum truncis ramorum ex hac prosilientium; vena azygos. Tota columna spinalis ita effracta atque aperta, ut ab osse occipitis usque ad septimam vertebram colli, corpora vertebrarum et processus spinales usque ad transversales remoti sint; a prima dorsi ad ultimam lumborum vertebram, in dextro latere dimidia pars corporum, processus spinosi et transversales serra sunt resecta. In osse sacro processus spinosi spurii sunt amoti. Tali modo totus canalis osseus medullae spinali dicatus, est apertus. In sinistro latere, costae usque ad angulum suum cum processibus transversis cohaerent. Os occipitis ex toto

fere effractum. In utroque latere ossium temporum et sphaenoidalis portio cuneo et cultro remota, ut genuinus arteriae carotidis cerebralis decursus ejusque curvaturae pateant. Porro in utroque latere radix anterior processuum transversalium omnium vertebrarum colli sunt abscissi; hinc arteriae et venae vertebrales bene conspici possunt. Arteriae cera rubra impletae, et venae ob cerae ex arteriis in venas transitum, eodem colore tinctae. Ex puero octo annorum.

In hoc praeparato videre licet:

1) vasa cerebralia, filis metallicis suspensa;

2) arteriae carotidis cerebralis directionem;

3) vasorum vertebralium decursum;

4) ortum atque progressum venae azygos;

5) originem atque iter arteriarum medullae spinalis, quae ab osse occipitis usque ad apicem ossis sacri membranis nudatae conspiciuntur.

1132. Caput absque maxilla inferiori cum omnibus vertebris. Capitis ossa horizontaliter et perpendiculariter ut 1117 secta sunt, deinde os occipitis atque temporum ita fractum, ut dura mater cum processibus et sinibus suis clare conspici queat; dextra pars corporum cum processibus spinosis et transversis omnium vertebrarum usque ad os sacrum cuneo malleoque amota, os sacrum et coccygis plane ablatum, ut tota medulla spinalis cum omnium ex hac procurrentium nervorum ori-

gine in situ naturali relicta cernatur. Arteriae carotidis ramis in collo et capite color luteus inditus, suntque exarati; venae jugulares cum ramis colore rubro tinctae atque evolutae. Omnes medullae spinalis venae in collo, dorso, lumbis et osse sacro, materia ceracea rubra expletae atque evolutae. E puero quatuordecim annorum.

1133. Circulus, vel rectius quadratum WILLISII bene atque eleganter evolutum et materia ceracea rubra distentum. Ex adulto.

1134. Caput, cujus sinistrum latus ita praeparatum est, ut exceptis ala magna ossis sphoenoidalis, osse zygomatico et maxillari superiori, omnia reliqua ossa, cavum cranii componentia, sectione horizontali et verticali ablata sint; quo factum, ut duram matrem cum processibus suis, sinibus, venis et emissariis clare videre liceat. Orbita sinistra ita effracta, ut pars superior ossis frontis ablata sit; maxilla inferior cum ramo et corpore usque ad symphysin resecta. In dextro latere sectio cranii ita facta, ut in 1117. Dura mater tam in dextro quam in sinistro latere cranii singulari cura ita secta, ut omnes processus atque sinus bene conspici queant. Vertebrae colli, septem vertebrae dorsi superiores. Ambo oculi, quorum sinister ita elaboratus, ut omnes musculi atque vasa arteriosa et venosa sint praeparata. Cutis palpebrarum, auris externa dextra, alae narium, buccae et labia oris, sunt

expansa; lingua, larynx, arteria aspera, glandula thyreoidea, cor, arteria aorta, usque ad septimam vertebram dorsi. Arteriae atque venae pulmonales tam feliciter materia ceracea injectae, et usque ad minimos surculos ita cultro sunt exaratae, ut pulmonum figuram quasi adhuc repraesentent. Arcus aortae cum arteriis inde provenientibus, scilicet arteriis subclaviis cum ramis suis, arteriis carotidibus cum omnibus suis ramis, vena cava superior cum venis jugularibus, plexus cervicis et colli anteriores et posteriores, tam superficiales, quam profundi, plexus venosi pharyngis, oesophagi, laryngis et linguae, plexus pterygoidei; tandem omnes sinus durae matris atque eorum variae anastomoses inter se et cum ramis venae jugularis externae, seu emissaria Santorini superficialia. Arteriae rubra et venae flava cera injectae. Elegans et difficile praeparatum plurium mensium. Ex adolescente octodecim annorum.

1135. Ossa, musculi, totius corporis, arteriae, iis exceptis, quae ad viscera intra saccum peritonaei contenta et ad partes genitales migrant, singulari studio praeparata; convenientis machinae ope, quantum fieri potuit, in situ naturali relicta, puellae duodecim annorum. Cranium sectione horizontali est apertum, rami carotidis cerebralis ita exarati et expansi ut in 1117. Pars orbitaria ossis frontis sinistra est effracta et oculus cum suis musculis et arteriis ex orbita protractus;

totum hocce praeparatum ad normam figurae, quam HALLERUS in *Iconibus anatomicis*, fasciculo octavo depinxit, est constructum; hinc elegans hoc et utile praeparatum paucis descripsi. Arteriae cera rubra expletae.

1136. Omnia ossa totius corporis inter se conjuncta, puellae quatuordecim annorum, ossibus, innominato dextro et extremitatis inferioris dextrae, exceptis, quae a consilio ablata, calvaria resecta. Totius corporis arteriae et venae cum vena portarum sunt impletae. Arteriae cera rubra, venae omnes cum vena portarum flava saturatae. Omnes totius corporis musculi evoluti, thorax et abdomen aperta. Viscera thoracis, abdominis et pelvis, quantum fieri potuit, in situ naturali retenta. Arteriae et venae totius corporis et rami venae portarum singulari cura praeparati. Est elegans praeparatum et labor plurium mensium.

1137. Caput viri triginta annorum, cujus solae arteriae colore rubro sunt injectae. In hoc capite cranium horizontaliter serra ab arcubus supraciliaribus usque ad protuberantiam externam ossis occipitis est resectum. In latere sinistro omnia ossa, iter ramorum profundorum arteriae carotidis facialis tegentia, ex toto vel ex parte sunt effracta. Oculus cum suis musculis et arteriis exaratis in orbita haeret. Canalis caroticus, canalis infraorbitalis ab apertura anteriore ad posteriorem, sunt aperti. Maxilla inferior ita est effracta, ut ingressus

arteriae maxillaris inferioris per canalem maxillae inferioris quam distinctissime conspici possit; vertebrae colli, excepto atlante, per dimidium perpendiculariter resectae sunt, una cum cartilagine thyreoidea, omnibusque musculis colli, maxillae, ossis hyoidei et linguae. Exarata vero est auris externa cum meatu cartilagineo, musculi oculi sinistri, carotidis internae et externae rami.

In dextro latere processus transversales vertebrarum colli sunt destructi, et canalis arteriae verterbali dicatus est apertus; musculi colli anteriores et musculi cervicis destructi. Exaratus vero est truncus communis arteriae subclaviae et carotidis dextrae, arteria vertebralis, arteriae carotidis facialis rami omnes, et ipse truncus cerebralis, quantum non destructis ossibus et reliquis faciei musculis fieri potuit. Praeparatum demonstrando progressui genuino carotidis internae per canalem caroticum in cavum cranii, deinde divisioni carotidis externae in suos ramos, et tandem progressui arteriae vertebralis per canalem vertebralem inservit.

1138. Caput et lingua, larynx, pharynx, superior pars oesophagi et arteriae asperae, viri. Solae arteriae rubra cera sunt injectae. In hoc capite cranium ut in capite 1137. resectum, vertebrae colli omnes amotae. In sinistro latere ala magna ossis sphaenoidei, os zygomaticum, pars orbitaria ossis frontis et processus zygomaticus ossis temporum ablata sunt,

oculus cum suis musculis et arteriis exaratis in reliqua orbitae parte haeret, antrum Highmori apertum, maxilla inferior usque ad symphysin plane resecta; postquam antea arteria maxillaris stricte sic dicta e canali maxillae inferioris est protracta, ut ejus anastomosis cum arteria mentali in facie pateat; cartilago thyreoidea deleta est, musculi maxillae, linguae, ossis hyoidei, anteriores et posteriores colli sunt resecti. Exarati vero sunt in latere sinistro omnes rami imo minutissimi arteriae carotidis tam internae, quam externae in facie ludentes, auris externa cum meatu cartilagineo, musculi oculi, pharynx cum suis constrictoribus, et suprema pars oesophagi. Os hyoideum, glandula thyreoidea, et arteria aspera. In dextro latere pars inferior seu orbitalis ossis frontis est ablata, reliquae vero partes ut in capite 1137. exaratae sunt. Hoc praeparatum praeprimis inservit demonstrando genuino decursui arteriae pharyngeae adscendentis, ortui, progressui et conjunctioni arteriae maxillaris stricte sic dictae cum arteria mentali in facie; porro demonstrandis arteriis linguae et inprimis decursui arteriae raninae et tandem ramis carotidis internae et externae usque ad curvaturam primam Cowperi.

1139. Caput cujus cranium ita sectum ut 1117. pericranium vero cum cute externa relictum, vertebrae colli, tres vertebrae superiores dorsi cum costis, scapula dextra cum extremitate superiore ossis brachii. Pars orbitaria ossis frontis in sinistro

latere ablata et oculus cum musculis suis, arteriis quam optime exaratis, in cavo orbitae haeret. Ramus ossis maxillae inferioris in sinistro latere effractus dimidiaque corporis ipsius pars ductui arteriae maxillaris stricte sic dictae dicata, una cum processu zygomatico, ossis temporum ablata; alae narium et labia expansa. Musculi faciei, colli anteriores et posteriores dextri lateris. In sinistro vero latere, oesophagus, larynx et aspera arteria. Omnes arteriae et venae faciales, colli anteriores et posteriores sunt exaratae. In hoc praeparato certe difficillimo, singulari studio arteriae et venae capitis, colli, humeri, profundissimae venae faciales, oesophagi, pharyngis, et colli posteriores, quam distinctissime apparent. Arteriae sunt rubra et venae cera flava impletae. Ex viro. Est opus plurium mensium.

1140. Caput, in quo demto cranio, dextri lateris cavitas orbitaria ita est effracta, ut deletae sint, pars orbitaria ossis frontis, maxima pars ossis zygomatici, et alae magnae ossis sphoenoidalis. Porro sunt effractae pars squamosa ossis temporum, usque ad partem petrosam ramusque maxillae inferioris usque ad corpus. In latere sinistro pars orbitaria ossis frontis, maxima pars ossis zygomatici cum sat magna parte alae magnae ossis sphaenoidei, processus zygomaticus ossis temporum atque processus condyloideus maxillae inferioris ablatus. Porro in eodem hoc latere aperto cranio, fere

integra dura mater hemisphaerii sinistri est expansa; in dextro vero latere maxima durae matris pars, excepta ea, quae arterias et venas meningeas continet, est resecta; in utroque latere cutis palpebras et os frontis tegens, pinnae narium, buccae, et labia expansa. Aures externae, musculi faciales, colli anteriores, cervicis et humeri. Porro vertebrae colli, septem vertebrae dorsi et costae, scapulae, claviculae, et superior pars amborum ossium brachii, lingua, oesophagus, larynx, glandula thyreoidea, et arteria aspera. In hujus praeparati praeprimis latere dextro, omnes venae profundissimae capitis, quae ex faciali vena ad oculum migrant, porro venae, per foramina calvariae sub nomine emissariorum profundorum Santorini ambulantes, quam optime sunt evolutae. Latus vero sinistrum monstrat venas faciales simul cum colli et humeri. Venae materia ceracea rubra repletae, arteriae cera flava injectae, ut earum ductus, vel cum vel sine venis monstretur. Ex adulto. Est difficilis et plurium mensium labor.

1141. Caput, in cujus dextro latere corpus cum ramo maxillae inferioris una cum processu zygomatico ossis temporum est ablatum; vertebrae colli, quatuor vertebrae dorsi superiores cum costis, scapulae, claviculae, et extremitas superior utriusque ossis brachii, lingua, oesophagus, arteria aspera usque ad bronchos, glandula thyreoidea, musculi faciales,

musculi colli, cervicis et dorsi ad quartam dorsi vertebram exarati; venae capitis superficiales et profundiores, cervicis, colli et humeri, tam anteriores quam posteriores, vena cava superior usque ad ingressum in cor. In hoc praeparato rami majores arteriae carotidis exarati. Arteriae cera flava et venae rubra repletae. Ex viro triginta quinque annorum. Utile et difficile praeparatum plurium mensium.

1142. Caput cujus cranium sectione horizontali ablatum. In latere sinistro pars orbitaria ossis frontis, ala magna ossis sphaenoidei et processus zygomaticus ossis temporum rescissus, tandemque antrum Highmorianum apertum. Vertebrae colli cum prima vertebra dorsi mediae ita sectae, ut dimidia tantum pars dextra sit relicta, dura mater in latiorem superficiem expansa et retrorsum erecta, ambae aures, buccae et pinnae narium expansae, lingua, os hyoideum, arteria aspera, pharynx cum constrictoribus suis et oesophagus, glandula thyreoidaea, arteriae et venae faciales superficiales et profundae, arteriae et venae colli superficiales atque profundae et praecipue venae pharyngis et oesophagi profundiores felicissime injectae et exaratae sunt. Ex viro triginta aliquot annorum. Arteriae caerulea et venae rubra cera injectae.

1143. Caput viri, cujus cranium in dextro latere apertum, vertebrae colli, octo superiores vertebrae dorsi cum totidem

costis, os sterni cum cartilaginibus resectum. Clavicula, scapula, brachium, antibrachium et manus sinistra. Extremitas superior dextra resecta. Omnes musculi capitis, colli et extremitatis superioris sinistrae praeparati. Arteriae rubra, venae lutea cera impletae.

In hoc praeparato videmus

1) in dextro latere, ubi maxilla inferior resecta est, arterias et venas capitis profundas;
2) in sinistro vasa superficialia faciei;
3) arterias et venas linguae, faucium, palati, totius colli et extremitatis superioris sinistrae;
4) in dextro latere pendet sceleton arteriarum et venarum extremitatis superioris dextrae;
5) in latere sinistro arteriae et venae singulari studio exaratae sunt, quae ad truncum, humerum et ad singulos musculos extremitatis sinistrae ambulant. Est labor plurium mensium.

1144. Scapula, clavicula, os brachii et manus dextra, i. e. extremitas superior dextra, ex viro triginta sex annorum, cum musculis omnibus his ossibus insertis. Arteriae et venae vel minutissimae optime sunt praeparatae; arteriae rubra, ven ae viridi cera saturatae. Est elegans praeparatum et labor plurium hebdomadum. Musculi a felicissima injectione colore rubro fulgent.

1145. Extremitas sinistra superior, ossa, musculi, arteriae et venae eodem modo impletae et exaratae. In hoc praeparato rete venosum manus dorsale feliciter est injectum et exaratum. Ex adulto.

1146. Extremitas superior sinistra, amota cute, cum subjacente tela cellulosa; musculi omnes in situ naturali relicti, quod ideo est factum, ut situs eorum naturalis sit immutatus. Solae venae sunt rubra cera injectae. Factum est hoc praeparatum propter genuinum venarum extremitatis superioris et praecipue venarum manus decursum. Ex adulto.

1147. Antibrachium et manus dextri lateris viri triginta sex annorum. Arteriae cera rubra sunt injectae; omnes musculi ablati. Summo studio et labore arteriae cum minutissimis ramis suis muscularibus evolutae. Ossa et arteriae tantum servatae. Decursus et distributio arteriae radialis, ulnaris atque interosseae, porro anastomoses harum arteriarum et arcus superficiales et profundi, tam in dorso, quam in vola manus, in hoc praeparato elegantissimo cernuntur. Tandem injectio adeo feliciter successit, ut periostium ipsum splendide rubeat.

1148. Antibrachium et manus lateris dextri, viri quinquaginta aliquot annorum. Venae tantum cera rubra saturatae sunt atque elaboratae; ossa et venae solummodo conspectui subjiciuntur.

1149. Caput cujus cranium sectione horizontali est ablatum, pars orbitaria ossis frontis sinistra demta; oculus vero cum suis musculis et arteriis exaratis orbitae cavo inhaeret; in dextro latere ramus maxillae inferioris et processus zygomaticus ossis temporum effractus; ambae aures externae, musculi faciales, praecipue sinistri lateris exarati, columna spinalis cum osse sacro et coccygis; ossa vero innominata et extremitates inferiores demtae sunt. Lingua, oesophagus, arteria aspera, cor, arcus aortae, arteriae et venae pulmonales imo minimae ita praeparatae sunt, ut adhuc figuram integram pulmonum repraesentent; in sinistro latere vasa arteriosa et venosa cervicis et colli, linguae, pharyngis, oesophagi et arteriae asperae exarata; arteria subclavia abcissa; in dextro latere eadem vasa aeque ac in sinistro praeparata, subclavia vero arteria cum arteriis extremitatum superiorum, tamquam sceleton arteriarum apparent; vena cava superior cum trunco venarum subclaviarum et venis colli et capitis, diaphragma ablatum, omnia viscera abdominis cum suis vasis tam arteriis quam venis, partes genitales tam internae, quam externae cum vasis pelvis. In dextro latere arteria cruralis cum ramis suis fere ad medium os femoris exarata. In sinistro vero latere arteriae extremitatum inferiorum usque ad apicem digitorum pedis elaboratae. Ex puella quatuordecim annorum. Arteriae rubra, vena cava et vena portarum cera flava impletae.

1150. Caput cujus cranium ut 1117. sectum, orbitae effractae, dimidia maxillae inferioris pars, nempe dextra demta, vertebrae colli, dorsi, lumborum, os sacrum et coccygis, os pectorale et costae usque ad angulum suum resectae; os innominatum dextrum amotum; os innominatum sinistri lateris integrum relictum; os femoris supra condylos resectum in acetabulo ligamentorum suorum ope haeret; musculi capitis et colli, lingua, pharynx, oesophagus, glandula thyreoidea. Diaphragma, musculi, ossi innominato sinistro, sacro et coccygis, ossi femoris sinistro adhaerentes, pulmones, cor, pericardium apertum, renes, renes succenturiati, ureteres, vesica urinaria, intestinum rectum, cutis scroti, perinaei et ani, testes. Vasa capitis in dextro latere profunda, in sinistro magis superficialia. Arteriae et venae colli, vasa pulmonum, cordis, thoracis. Arteriae et venae phrenicae, renales, suprarenales, ureterum, spermaticae, interlumbares, sacrales, intestini recti, vesicae urinariae, partium genitalium, arteriae natium et femoris. Arteriae rubro, venae flavo colore tinctae. E puero tredecim annorum.

1151. Caput cujus cranium sectum est, ut 1117. Collum, dorsum, lumbi, os sacrum, coccygis, os innominatum sinistrum cum osse femoris sinistro, os innominatum dextrum resectum est. Costae cum sterno usque ad angulum suum abscissae. Orbita sinistra aperta, et oculus cum musculis suis et arteriis

exaratis in eodem haeret; utraque auris, nasus externus cartilagineus, labia una cum lingua ex ore protracta et expansa; larynx cum arteria aspera, pharynx cum oesophago, utraque extremitas superior amota; pulmonum arteriae, venae et bronchi ad fines subtilissimos resoluti. Cor, diaphragma expansum, renes, renes succenturiati, ureteres, vesica urinaria, uterus, ovaria, tubae, vagina, intestinum rectum, cutis montis Veneris et perinaei, musculi natium et femoris. Vasa capitis, colli, thoracis, abdominis, h. e. vasa diaphragmatis, renum, renum succenturiatorum, ureterum. Vasa spermatica, interlumbaria, sacralia, partium genitalium et extremitatum inferiorum usque ad spinam tibiae. Arteriae cera rubent, venae virent, suntque exaratae. Ex infante femina sex annorum.

1152. Os sterni cum novem costis superioribus, ex puella novem annorum. Solae arteriae rubra cera injectae. In facie anteriore sterni et costarum sinistri lateris musculi pectoris sunt demti; in dextro vero latere musculi costis inserti et arteriae mammariae stricte sic dictae a mammaria externa et thoracicis externis venientes sunt exaratae. In facie posteriore sterni et costarum, tam in dextro quam in sinistro latere, mammaria interna cum ramis suis exarata.

1153. Os sterni cum cartilaginibus intercostalibus, musculis intercostalibus et arteria mammaria interna. Arteriae sunt rubra cera injectae. Ex puero tredecim annorum.

1154. Quarta et quinta lumborum vertebra, os sacrum, coccygis, ossa innominata et utrumque os femoris, vena cava inferior a quarta lumborum vertebra usque ad divisionem in cruralem profundam et superficialem cum omnibus ramis suis in pelvi distributis, arteria aorta ab eadem regione usque ad poplitem pariter exarata. Ex puero octo annorum. Arteriae cera rubra injectae; venae pariter, materia ceracea ex arteriis in eas transita, rubent.

1155. Quarta et quinta lumborum vertebra, os sacrum, coccygis, innominatum dextrum, ossa extremitatis inferioris dextrae; omnes musculi ossibus supradictis inserti, arte elaborati. Intestinum rectum, vesica urinaria, prostata, penis, portio cutis scroti, perinaei et ani. Arteriae atque venae pelvis, ad os sacrum, intestinum rectum, vesicam urinariam, partes genitales et perinaeum ambulantes, porro arteriae et venae ad musculos natium, femoris, cruris et pedis migrantes, singulari studio sunt exaratae. Arteriae cera rubra, venae flava impletae. Labor difficilis, quatuor mensium. Ex viro.

1156. Extremitas inferior sinistra cum omnibus vasis et musculis. Arteriae rubra, venae flava cera impletae. Ex viro. Simile praeparatum 1155. Venae cutaneae et praeprimis pedis elegantissime injectae, et hanc ob rem optimum praeparatum.

1157. Vertebrae lumborum, os sacrum, coccygis, innominatum sinistrum, femur, crus et pes sinister, omnes musculi

pelvi, femori, cruri et pedi adhaerentes, vesica urinaria, uterus, tubae, ovaria, vagina, cutis montis Veneris, perinaei et natium, arteria aorta cum vena iliaca sinistra a quarta vertebra lumborum usque ad digitos pedum, cum omnibus earum truncis legitime exaratis; in dextro vero latere tantum usque ad medium femur, trunci et rami in hoc itinere proeuntes elaborati. E puella tredecim annorum. Arteriae rubra et venae viridi cera saturatae.

1158. Undecima et duodecima dorsi vertebra cum costis annexis, vertebrae lumborum, os sacrum et coccygis, os ileum, ischii et pubis dextrum, os pubis, ischii et ileum sinistrum resecta, os femoris dextrum et crus usque ad spinam tibiae. Renes, ureteres, vesica urinaria, intestinum rectum, partes genitales internae atque externae, scrotum, cutis perinaei, omnes musculi ossi ileo, ischii, pubis et ossi dextro femoris adhaerentes; arteria aorta ab undecima dorsi vertebra, cum arteriis renalibus, trunco arteriae mesentericae inferioris. In dextro latere omnes rami arteriae aortae et venae cavae ab undecima vertebra dorsi usque ad spinam tibiae, nempe arteriae et venae abdominis, pelvis et femoris dextri, bene praeparatae. In sinistro latere eadem vasa evoluta; propter os vero innominatum effractum, vasa pelvis atque partium genitalium internarum et externarum melius in conspectum veniunt. Arteriae rubro,

venae flavo colore tinctae. Elegans praeparatum. E puero decem annorum.

1159. Pes dexter viri triginta quinque annorum cum tibia et fibula sub spina tibiae resectis. In hoc praeparato solae arteriae, tibialis antica, postica et peronea, usque ad ramos minutissimos cera rubra injectae, atque exaratae cernuntur. Musculi ipsi resecti, ita ut nihil aliud, quam arteriae et ossa visui se praebeant. Singulari studio omnes arcus et anastomoses inter tibialem anticam et posticam in dorso et planta pedis, inter peroneam et tibialem posticam sunt servatae. Est excellentissimum praeparatum et absque admiratione a nemine adspicietur.

1160. Quinque vertebrae dorsi inferiores cum quatuor costis inferioribus, omnes vertebrae lumborum, os sacrum et coccygis, os ileum, ischii et pubis et extremitas superior ossis femoris sinistri. In dextro latere haec ossa amota. Ambo renes, renes succenturiati, ureteres, vesica urinaria, intestinum rectum, testiculi, vasa deferentia, vesiculae seminales, prostata, penis, cutis scroti atque perinaei. Arteria aorta cera rubra, vena cava viridi impletae. In hoc praeparato singulari studio sunt exaratae arteriae atque venae sequentes: arteriae et venae intercostales, rami inferiores venae azygos, arteriae et venae renales, renis succenturiati, ureterum; arteriae et venae interlumbares, sacrales, mediae et laterales,

arteriae et venae spermaticae internae, arteriae et venae vesicae urinariae, intestini recti, vesicularum seminalium, prostatae, penis, scroti, perinaei, arteria spermatica externa ex epigastrica nata; in dextro latere rami principales arteriae cruralis. In sinistro tantum sceleton arteriarum et venarum, quas emittunt arteria et vena cruralis exaratum. Laboriosum et utile praeparatum. Ex adulto.

1161. Undecima et duodecima vertebra dorsi et totidem costae, vertebrae lumborum, os sacrum, coccygis, os innominatum cum parte superiore ossis ſemoris sinistri. In dextro latere os innominatum est remotum. Renes, glandulae suprarenales, ureteres, vesica urinaria, intestinum rectum, prostata, penis, testiculi. Aorta cera rubra, vena cava cera viridi impleta. In hoc praeparato videre licet, vasa renalia, spermatica, intercostalia, interlumbaria, sacralia. Propter os innominatum dextrum remotum, bene apparent in pelvi, vasa arteriosa et venosa vesicae urinariae, partium genitalium et perinaei; in sinistro latere eadem vasa evoluta et arteria cruralis cum suis ramis majoribus elaboratis apparet. Ex viro triginta quatuor annorum.

1162. Quatuor vertebrae inferiores dorsi cum costis annexis, vertebrae lumborum, os sacrum et coccygis, renes, renes succenturiati, ureteres, vesica urinaria, intestinum rectum, uterus, tubae, ovaria, vagina, hymen, orificium urethrae,

clytoris, nymphae, labia pudendorum majora, anus, cutis montis Veneris, partis lateralis femorum et perinaei propter felicissimam injectionem colore rubro splendent. Arteria aorta, truncus coeliacae et mesentericae superioris, arteriae renales, truncus arteriae mesentericae inferioris. Arteriae spermaticae internae, arteriae intercostales, interlumbares et arteriae pelvis, truncus arteriae cruralis superficialis et profundae, arteriae spermaticae internae in utroque latere exaratae cernuntur. Vena cava inferior cum ramis suis supradictis, arterias concomitantibus pariter in utroque latere evoluta. Jucundissimum spectaculum praebent venae vesicae urinariae, uteri, tubarum, ovariorum, vaginae, colore luteo pictae; arteriae cera rubra, venae flava tinctae. Ex puella duodecim annorum.

1163. Partes genitales feminae. Arteriae cera rubra, venae viridi impletae. Quoad ossium compagem, eadem est constructio, quae in partibus genitalibus virilibus 1160. Vasa ad has partes migrantia studio sunt elaborata.

1164. Renes, ureteres, vesica urinaria, uterus, tubae, ovaria, ligamenta uteri rotunda, vagina, intestinum rectum, cutis montis Veneris, partis lateralis femorum, natium et perinaei. In hoc praeparato summo studio evolutae sunt arteriae et venae, renales, spermaticae internae et externae, uteri, tubarum, ovariorum, vaginae, pelvis, pudendales, perinaei,

crurales. Est excellens et difficile praeparatum plurium hebdomadum. Arteriae rubra, venae viridi cera impletae. Ex puerpera octavo a partu die mortua.

1165. Partes genitales puerperae undecimo post partum die mortuae, eodem fere modo elaboratae, quo 1163. Arteriae rubra et venae flava cera fulgent.

1166. Uterus, ligamenta uteri rotunda, tubae, ovaria, vagina, vesica urinaria, intestinum rectum, cutis montis Veneris, perinaei, partis lateralis femorum atque natium, arteriae et venae pelvis atque partium genitalium una cum plexibus uterinis, vesicalibus et vaginalibus venosis quam felicissime injectis multoque labore exaratis. Arteriae rubra et venae viridi cera saturatae. E puerpura, quae hora post partum trigesima sexta exspiravit.

1167. Uterus, vagina, vesica urinaria, partes genitales externae, cutis montis Veneris, perinaei, partis lateralis femorum cum orificio ani. Arteriae spermaticae externae et internae, arteriae uterinae, materia ceracea rubra injectae et ita evolutae ut maxima uteri telae cellulosae parte resecta, omnes hae arteriae ductu serpentinoso decurrentes et anastomosi inter se conjunctae adspectui subjiciantur. Vide plura in tractatu meo: *de morbis peritonaei*, Tab. I. E puerpera, quae trigesima sexta post partum hora obiit.

1168. Uterus, tubae, ovaria, vagina, partes genitales externae, vesica urinaria, cutis montis Veneris, partis lateralis femorum, perinaei, orificium ani, arteriae et venae spermaticae externae et internae, arteriae et venae vaginae et uteri. Arteriae rubra et venae viridi cera injectae. Impletio per venas tam feliciter successit, ut omnes venae uteri et vaginae sint repletae, et uterus ex solis venis videatur esse compositus. Hoc praeparatum est quoad venarum injectionem praestantissimum. Arteriae et venae plane evolutae jucundissimum exhibent spectaculum. Ex puerpera vigesima quarta post partum hora mortua. Plura vide in tractatu meo citato *de morbis peritonaei et apoplexia*, Tab. II.

1169. Uterus, vagina, vesica urinaria, tubae, ovaria, partes genitales externae, cutis montis Veneris, partis lateralis femorum, perinaeum, orificium ani, feminae, quae in ipso partu expiravit. Arteriae uteri et vaginae cera rubra, venae lutea repletae et ita evolutae, ut maxima telae cellulosae parte destructa, tam arteriae, quam venae eleganter appareant. Praeprimis videmus, arterias uteri olim fuisse serpentinosas, nunc, h. e. in partu, in rectilineas esse commutatas.

1170. Systema venae portarum, e puero septem annorum, materia ceracea rubra injectum et exaratum.

1171. Totum systema venae portarum cum omnibus ramis hepaticis, stomachicis, duodenalibus, pancreaticis, lienalibus

et intestinalibus, cera rubra impletum atque evolutum. Ex adulto.

1172. Duae vertebrae dorsi inferiores cum costis, vertebrae lumborum, os sacrum et coccygis, hepar, lien, ambo renes, suprema pars intestini recti, atque intestinum colon; reliqua intestina resecta, vena cava a diaphragmate ad divisionem in venas iliacas colore flavo repleta, arteria aorta a diaphragmate ad divisionem in iliacas cera viridi injecta et ita exarata, ut decursus arteriarum in hoc itinere abeuntium, h. e. ramorum arteriae coeliacae, arteriae mesentericae superioris et inferioris cum ramis sociis venae portarum cera rubra repletis, cognoscatur. Ex viro.

1173. Arteriae aortae apertae portio, in qua vasa vasorum cera rubra rite impleta apparent; e puero decem annorum.

1174. Portio venae cavae apertae, in qua vasa vasorum bene impleta; arteriae enim cera rubra et venae flava nitent. E puella quindecim annorum.

## *LYMPHATICA.*

1175. Systema vasorum lymphaticorum cum omnibus glandulis atque plexibus in utroque latere a genu usque ad divisionem aortae in arterias iliacas, mercurio vivo repletum. Ex adulto.

1176. Septem vertebrae dorsales inferiores, cum costis, usque ad harum angulum resectis, vertebrae lumborum, os sacrum,

coccygis, et ossa innominata. Diaphragma, musculi, psoas major et minor, iliacus internus in dextro latere, pectineus et adductores ab osse femoris soluti et ossibus innominatis adhaerentes. Peritonaeum a diaphragmate et musculis abdominalibus solutum atque apertum; omnia viscera in eo contenta apparent. Sursum tractum est peritonaeum, ut appareant ureteres, renes, renes succenturiati, vesica urinaria, intestinum rectum, vesiculae seminales, prostata. Arteria aorta cera rubra et vena cava viridi impleta cum omnibus ramis, quos aorta et vena cava in abdomine spargunt intra pelvim et ad femora. In hoc multi laboris praeparato vasa lymphatica a genu usque ad sextam dorsi vertebram mercurio expleta sunt, et splendidissimum omnium vasorum lymphaticorum, quae in pelvi et abdomine extra saccum peritonaei repunt, spectaculum exhibent. Ex juvene quindecim annorum. Hoc praeparatum in usum academicum confeci, et in conventu academiae scientiarum Berolinensis publice monstravi, cum de febre puerperarum in praelectione de morbis peritonaei agerem: *Nouveaux mémoires de l'académie de Berlin, année* 1782, vel *Dissertatio de morbis peritonaei*, in quarto, Berolini 1785. §. 33. pag. 20.

1177. Quatuor vertebrae colli, vertebrae dorsales, lumborum, os sacrum et coccygis, ossa innominata supra lineam semicircularem internam resecta, prima costa integra, reliquae ad

angulum usque demtae. Adductor longus, brevis, pectineus, psoas major et minor. Uterus, tubae, ovaria, intestinum rectum, vesica urinaria, mons Veneris, pudenda externa, perinaeum, orificium ani. Vena cava superior, jugulares et subclaviae cera rubra expletae, aorta in thorace, et vena cava inferior socia aorta in abdomine elaboratae quidem, nec vero impletae. Vasa lymphatica mercurio vivo turgida genu, femoris, partium genitalium externarum et internarum, plexus lymphatici, lumbares, dorsales, cisterna lumbaris, ductus thoracicus, ejus iter per thoracem et insertio in angulum venae subclaviae et jugularis sinistrae, pelvis, abdominis, thoracis, axillarum, colli, quae partim ductui thoracico, partim venis jugularibus inseruntur, jucundissimum praebent spectaculum. E femina quadragenaria.

1178. Pylorus, duodenum et totum intestinum jejunum cum mesenterio. Vasa lymphatica ab origine ex intestinis tenuibus et ulterior progressus per glandulas sic dictas mesenterii, maximo studio mercurio vivo ita feliciter injecta, ut non sine summa voluptate adspici queant. Ex viro viginti aliquot annorum, qui statim post prandium, hinc in ipsa resorbtione chyli, laqueo semet ipsum interfecit. Absque jactatione contendere audeo, ratione elegantiae, esse optimum praeparatum vasorum lymphaticorum, quod vel unquam feci, vel unquam a tot celeberrimis viris descriptum et delineatum vidi.

1179. Intermedia hepatis pars fossam transversam comprehendens, arteria hepatica, vena portarum, vesica fellea, ductus cysticus, hepaticus et cholodochus, lien, ventriculus, duodenum et pancreas; omnium harum partium vasa lymphatica mercurio vivo elegantissime turgida apparent. Ex femina quadraginta aliquot annorum.

1180. Partes genitales tam internae, quam externae, vesica urinaria, perinaeum et anus, rami arteriae et venae iliacae exarati. Vasa lymphatica a medio osse femoris cum omnibus plexibus et glandulis usque ad tertiam lumborum vertebram mercurio vivo repleta. Venae vaginae et uteri mercurio vivo ex vasis lymphaticis repletis in venas sanguiferas transgresso fulgent. E puerpera quae trigesima sexta post partum hora obiit. Pro demonstratione, quod facilis sit via vasorum lymphaticorum in venas sanguiferas. Hoc est praeparatum quod in tractatu *de morbis peritonaei* citavi.

1181. Penis, glandula prostata, vesica urinaria, musculi adductores, iliacus internus, psoas major et minor, arteria aorta et vena cava supra divisionem in iliacas abscissa; vasa lymphatica in utroque latere cum glandulis, musculis et vasis supra dictis incumbentia mercurio vivo repleta. Ex viro triginta annorum.

1182. Sexta et septima vertebra colli, omnes vertebrae dorsi, prima costa integra in utroque latere. Extremae omnium

costarum partes posteriores in dextro latere, in sinistro vero omnes costae ablatae. Arteria aorta ab exitu e corde usque ad divisionem in iliacas, cum ramis in hoc itinere prosilientibus cera rubra repleta. Vena cava superior, venae jugulares, subclaviae et vena azygos cera viridi impletae. Cisterna lumbaris et ductus thoracicus cera rubent. Origo cisternae lumbaris Pecquettii, ejusdem pone arteriam renalem dextram adscensus, ductus thoracici inter aortam et venam azygos progressus, et tandem ejusdem insertio in angulum, quem comprehendunt jugularis et vena subclavia sinistra. E praegrandi quadragenario.

1183. Specimen ductus thoracici duplicis. Sex vertebrae colli superiores cum vertebris dorsi et tribus vertebris lumborum superioribus, prima et ultima costa integra; reliquae prope angulum resectae. Aorta ab arcu ad divisionem in arterias iliacas, larynx, aspera arteria cum bronchis, vena cava superior ab ingressu in cor, ambae venae jugulares, et subclaviae cum ramis suis in utroque latere cera rubra injectae. Ductus thoracicus mercurio vivo repletus in corpore quintae vertebrae dorsi bifurcatus cernitur. Sinister ramus sese in angulum venae subclaviae et jugularis sinistrae aperit, dexter glandulis lymphaticis superficiei posteriori arteriae asperae inhaerentibus, et glandulis lymphaticis colli conjunctus, angulo subclaviae et jugularis dextrae immittitur. Ex quadragenario.

# *VISUS.*

1184. Caput cujus cranium sectione horizontali est ablatum, pars orbitalis ossis frontis deleta. Oculi cum musculis in cavitate orbitae haerent. Osseum septum intermedium narium a fronte usque ad palatum serra exsectum, ut liber aditus ad utrumque cavum narium pateat. Cornicula lacrymalia et canalis nasalis per puncta lacrymalia materia ceracea flava impleta in situ naturali retenta atque praeparata; nempe ea pars ossis maxillae superioris, quae canalem nasalem tegit, in utroque latere effracta. Musculi oculi, musculi faciei, omnes glandulae salivales majores, quarum acini glandulosi mercurio vivo repleti et in quorum ductum excretorium Stenonianum et Whartonianum styli ex testo confecti sunt immissi; quo obtinui, ut in cavo anteriori oris, inter dentem molarem secundum et tertium, stylus aperturam ductus Stenoniani, et sub lingua, stylus aperturam ductus Whartoniani in utroque latere monstret. Lingua cum suis musculis ex ore protracta et in latam superficiem expansa, os hyoideum cum suis musculis, musculi subcutanei, sterno-cleido-mastoidei, musculi constrictores pharyngis cum oesophago, musculi laryngis cum arteria aspera et haec cum suis bronchis exarati. Ex adulto.

# GUSTUS.

1185. Lingua, palatum molle una cum uvula, os hyoideum, epiglottis, larynx cum extremitate superiore arteriae asperae, injecta cera rubra splendent. Ex infante quatuor annorum.

# DENTES.

## ORIGO DENTIS.

1186. Maxilla inferior infantis recenter nati. Margo dentális gingiva tegitur, lamina anterior et posterior ossea alveolos tegens cultro ablata, atque ita in conspectum veniunt dentium primordia, i. e. eorum coronae sacculis inclusae; porro nervum et arteriam dentalem cera rubra impletam ad dentium sacculos migrare cernimus, unde hi plane rubri apparent.

1187. Maxilla inferior simili modo praeparata atque injecta. Ex infante recens nato.

1188. Maxilla inferior eadem ratione praeparata atque injecta. Ex infante trium mensium.

1189. Maxilla inferior aeque praeparata. Solae venae cera rubra expletae. Ex infante septem mensium.

1190. Maxilla inferior similiter praeparata. Solae venae sunt repletae. Ex infante octo mensium post partum.

1191. Maxilla inferior eodem modo praeparata. Venae tantum sunt injectae. Ex infante novem mensium post partum.

## *DENTITIO SECUNDARIA.*

1192. Ossis frontis pars orbitaria, os sphaenoidale, ethmoidale, ossa zygomatica, ossa maxillaria superiora, nasalia, unguis, palatina, turbinata et vomer. Membrana cavi narium, palati et gingivae dentium maxillae superioris et inferioris propter vasa cera rubra impleta panni scarlatini speciem referunt. Solae arteriae cera rubra injectae. Ex infante trium annorum.

1193. Pars orbitaria ossis frontis, os sphaenoidale, ethmoidale, ossa maxillaria superiora, nasalia, unguis, palatina, turbinata et vomer; lamina ossea anterior et posterior alveolos dentium maxillae superioris tegens omni cura deleta, ut duplex dentium series inferior atque superior statim in oculos incurrat. Repletio vasorum tam feliciter instituta, ut non tantum rubeat membrana narium, palati atque gingivarum, verum etiam periostium primae et secundae seriei dentium elegantissimis vasis pictum superbiat. Ex infante quinque annorum. Solae arteriae cera rubra injectae.

1194. Maxilla inferior ex eodem infante; corpus maxillae ita sectum atque effractum, ut in superficie anteriore et posteriore duplex dentium series superior atque inferior optime appareat et periostium dentium primae seriei, atque sacculorum secundam seriem includentium nitide rubeat. Canalis maxillaris inferior omni studio effractus, ut arteria dentalis atque ejus rami ad dentes tendentes conspiciantur.

1195. Simile praeparatum 1193. Solae arteriae cera rubra injectae. Ex puero octo annorum.

1196. Maxilla inferior ejusdem pueri et eodem modo praeparata, quo 1194.

1197. Simile praeparatum 1193. Solae arteriae cera rubra impletae. Ex puero novem annorum.

1198. Maxilla inferior, ex eodem infante, atque eodem modo praeparata, quo 1194.

1199. Maxilla inferior eadem ratione elaborata, quo 1194. Ex puero decem annorum.

1200. Portio maxillae inferioris, cui dens molaris medius perpendiculariter sectus ita inhaeret, ut cavum internum ejusdem interspicere liceat. Ex puero duodecim annorum. Vasa injecta rubent.

## *NUMERUS GENERALIS DENTIUM.*

1201. — 1208. Octo dentes tamquam quarta pars numeri ordinarii dentium hominis adulti.

## *DENS INCISIVUS.*

1209. 1210. Duo dentes incisivi maxillae inferioris, quorum radix unci instar curvata est. Ex adulto.

1211. Tartari sic dicti ingens portio, qua maxillae inferioris dentes incisivi obducti fuerunt. Ex adulto.

1212. Portio tartari, qua dentes incisivi maxillae inferioris in superficie posteriore coronae obducti erant. Pondus duo scrupuli et duodecim grana. Ex adulto.

## *DENS CANINUS.*

### CUM UNA RADICE.

1213. Dens caninus maxillae inferioris ingenti portione tartari sic dicti circumfusus. Ex adulto.

1214. — 1216. Tres dentes canini ex maxilla superiore, cum una radice. Ex adultis.

1217. Dens caninus maxillae inferioris, cujus radix unci instar curvata. Ex adulto.

### CUM DUABUS RADICIBUS.

1218. — 1222. Quinque dentes canini ex maxilla superiore cum duabus radicibus. Ex adultis.

## *DENS MOLARIS.*

### MINOR.

### CUM UNA RADICE.

1223. — 1225. Tres dentes molares minores cum una radice, ex maxilla inferiore adulti.

1226. Dens molaris minor ex maxilla inferiore, cujus radix simplex fine obtuso terminatur. Ex adulto.

1227. Dens molaris minor ex maxilla inferiore, cujus radix unci instar curvata. Ex adulto.

CUM DUABUS RADICIBUS.

1228. — 1230. Tres dentes molares minores ex maxilla inferiore, cum duabus radicibus. Ex adulto.

MAJOR.

CUM DUABUS RADICIBUS.

1231. — 1233. Tres dentes molares majores cum duabus radicibus, ex maxilla inferiore adulti.

1234. Dens molaris posterior secundus maxillae superioris, duas radices solito longiores habens. Ex adulto.

1235. Dens molaris posterior cum duabus radicibus. Collum atque corona hujus dentis tanta tartari copia sunt circumfusa, ut in eo excrescentia nucis juglandis magnitudine coronam atque collum ambiens orta sit. Ex adulto.

CUM TRIBUS RADICIBUS.

1236. — 1242. Septem dentes molares cum horrendis radicibus, plerumque tribus, modo admodum longis, modo unciformibus, modo multum a se invicem distantibus. Ex adultis.

1243. — 1261. Undeviginti dentes molares posteriores cum tribus radicibus. Radices inter se procul distantes atque singulari modo recurvatae. Dentes propter extractionem notatu dignissimi. Ex adultis.

1262. Dens molaris major, prope cujus collum excrescentia apparet, quae ut corona, eburnea massa obducta. Ex adulto.

1263. Dens molaris posterior adulti cum tribus radicibus, praeter coronam ordinariam, minorem sibi adjacentem habens.

1264. Dens molaris major maxillae inferioris cum tribus radicibus et sat magna tartari sic dicti portione ipsi inhaerente. Ex adulto.

CUM QUATUOR RADICIBUS.

1265. — 1274. Decem dentes molares posteriores cum quatuor radicibus. Ex adultis.

CUM QUINQUE RADICIBUS.

1275. Dens molaris posterior cum quinque radicibus ex maxilla adulti hominis inferiore.

1276. Dens molaris posterior maxillae superioris cum quinque radicibus. Ex adulto.

CUM SEX RADICIBUS.

1277. Dens molaris quartus lateris sinistri maxillae superioris, cum sex radicibus. Avis rara in terris. Ex adulto.

## *DENS SAPIENTIAE.*

CUM UNA RADICE.

1278. Dens sapientiae cum una radice. Ex adulto.

1279. 1280. Duo dentes sapientiae cum una et unci instar curvata radice. Ex adultis.

1281. Dens sapientiae cum una radice et corona duplici. Ex maxilla superiore adulti.

### CUM DUABUS RADICIBUS.

1282. — 1287. Sex dentes sapientiae cum duabus radicibus varie inter se distantibus. Ex latere sinistro maxillae inferioris adultorum.

1288. Dens sapientiae cum duabus radicibus lateris sinistri maxillae inferioris. Radices in apice more uncorum recurvatae. Ex adulto.

1289. Dens sapientiae ex latere sinistro maxillae inferioris adulti. Radices tamquam unci valde recurvatae.

1290. — 1293. Quatuor dentes sapientiae maxillae inferioris cum duabus radicibus unciformibus. Ex adultis.

### CUM TRIBUS RADICIBUS.

1294. 1295. Duo dentes sapientiae maxillae inferioris cum tribus radicibus. Ex adultis.

1296. — 1305. Decem dentes sapientiae cum radicibus tribus horrendum in modum recurvatis. Ex adultis.

### CUM QUATUOR RADICIBUS.

1306. — 1310. Quinque dentes sapientiae cum quatuor radicibus maxillae inferioris. Ex adultis.

### CUM QUINQUE RADICIBUS.

1311. Dens sapientiae cum quinque radicibus multum inter se distantibus atque divaricantibus ex maxilla superiore sartoris triginta quatuor annorum. Dens rarissimus.

## *DENTES EXTRACTI CUM PORTIONIBUS OSSEIS ADHAERENTIBUS.*

1312. Duo dentes posteriores maxillae superioris alveolis adhuc inhaerentes, una cum portione ossea extracti. Ex adulto.

1313. Duo dentes molares posteriores maxillae inferioris ex homine adulto, simul cum ossea maxillae portione extracti.

## *ANCHYLOSIS DENTIUM.*

1314. Dens molaris quartus maxillae superioris, cujus radices tamquam unci, dentem sapientiae arcte complectuntur et cum eo per anchylosin sunt junctae; ita ut, dum is extrahebatur, dens sapientiae simul fuerit extractus. Observatio rarior.

## *VARIUS NUMERUS ET HABITUS DENTIUM.*

1315. Os maxillare superius dextrum adulti, in cujus processu dentali octo quidem dentes, attamen septem tantum numerantur alveoli; dens ocularis nempe non proprium habet alveolum, sed ante dentem anteriorem primum est positus. Hinc unus alveolus duos recipit dentes.

1316. Caput osseum juvenis viginti annorum cum maxilla inferiore. In maxilla superiore viginti numerantur dentes, novem dextri et undecim sinistri lateris.

1317. Caput cujus cranium horizontaliter est ablatum, cum naso externo cartilagineo et maxilla inferiore. Arteriae rubra cera injectae. In maxilla superiore quinque adsunt dentes

incisivi; ergo loco sedecim, septemdecim regulariter positos dentes videre licet. E femina viginti quinque annorum.

1318. Caput osseum juvenis viginti quinque annorum. Quinque dentes incisivi in maxilla inferiori observantur, ita ut septemdecim regulariter positos videre liceat.

1319. Caput osseum viri, in quo dens incisivus infra spinam nasalem anteriorem ossium maxillarium superiorum prorupit.

1320. Caput osseum nonagenarii edentuli et alveolis destituti. Margo dentalis maxillae superioris usque ad palatum, et margo dentalis maxillae inferioris usque ad canalem maxillarem, continua manducatione sunt deleti.

## *OLFACTUS.*

1321. Caput cujus cranium sectione horizontali ablatum, deinde per nares bifariam perpendiculariter sectum, septum narium excisum, auris externa in dextro latere cum parte mammillari ossis temporum resecta; in utroque latere corpus maxillae superioris et ossis zygomatici serra ita sectum est, ut via ad antrum Highmorianum pateat; in dextro latere portio ossis frontis serra ita est fissa, ut via ad sinus frontales aperta sit. Arteriae cera rubra saturatae fulgent. Ex adulto.

In hoc et omnibus praeparatis ad olfactus organon spectantibus, membrana Schneideriana per omnes sinuositates expansa, arteriis et venis picta, visui offertur.

1322. Dimidia pars capitis dextra, per cavum narium perpendiculariter secta, una cum aure externa, antro Highmoriano aperto, et tuba Eustachiana. Arteriae sunt rubra, venae viridi cera injectae. Ex adulto.

1323. Cavum narium serra in duas partes perpendiculariter divisum. Membranae Schneiderianae cavum narium investientis vasa, arte impleta; arteriae rubra, venae viridi cera. Ex juvene viginti octo annorum.

1324. Caput osseum adulti, in quo facta idonea sectione perpendiculari ossis frontis, videre licet, sinus frontales omnino deesse. In dextro latere processus zygomaticus est resectus, unde sinus maxillaris apertus; in sinistro, os zygomaticum, maxillare superius et os turbinatum inferius, sunt demta.

1325. Caput cujus calvaria sectione horizontali ablata, per medium cavi narium in duas partes perpendiculariter sectum. Solae venae cera rubra injectae. Ex adolescente quatuordecim annorum.

1326. Caput cujus cranium sectione horizontali resectum, deinde perpendiculariter per medium cavi narium in duas partes divisum. Ex puero tredecim annorum. Arteriae rubra cera saturatae.

1327. Simile caput 1325. sectum; arteriae rubra cera infarctae. Ex infante sex annorum.

1328. Caput sectione perpendiculari per medium cavi narium in duas partes fiſsum, ex embryone septem mensium et dimidii. Vasa cavi narium cera rubra injecta fulgent. Dura mater, superficiem internam oſsium cranii tegens, vasis cera rubra repletis, picta in toto ambitu suo apparet.

1329. Simile praeparatum. Ex embryone sex mensium.

1330. Simile praeparatum. Ex embryone quinque mensium.

# *T A C T U S.*

## *C U T I S. C U T I C U L A. U N G U E S. P I L I.*

1331. Cutis brachii, antibrachii et manus sinistri lateris. Ex puero decem annorum. Arteriae cera rubra injectae. Cutis figuram plane naturalem repraesentat.

1332. Cutis corporis ab umbilico usque ad apices digitorum pedis, h. e. cutis partis inferioris abdominis, pelvis, penis, scroti, natium atque utriusque extremitatis inferioris. Intestinum rectum est inversum, quo ostendatur, internam intestinorum membranam externae corporis cutis esse continuationem. Cutis singulari artificio et tam eleganter est extensa, ut naturalem figuram perfecte repraesentet. Propter vasa cera rubra impleta cutis panni scarlatini speciem refert. Ex puero novem annorum.

1333. Portio cutis faciei, nasi scilicet, labiorum, portionis lateralis buccarum et menti. Arteriae cera rubra injectae. Ex infante quatuor annorum.

1334. Cutis capitis, colli, humerorum usque ad medium brachium, cutis thoracis, abdominis, lumborum, partium genitalium et femorum usque ad media crura, feminae barbatae quinquaginta annorum, tam artificiose extensa, ut figuram naturalem referat.

1335. Cutis capitis cum pilis nigris, lanuginosis, colli et portionis thoracis, ex Aethiope viginti annorum. Cutis figuram plane naturalem exhibet.

1336. Cutis thoracis usque ad umbilicum cum portione cutis humerorum. Cutis refert figuram naturalem thoracis. Ex eodem Aethiope.

1337. Cutis partis infimae abdominis, lumborum, natium, partium genitalium virilium, femorum usque ad mediam crurum partem. Cutis intestini recti interna est inversa, ut monstretur, eam externae corporis cutis esse continuationem. Cutis arte extensa, figuram naturalem refert. Ex Aethiope eodem.

1338. Cutis capitis cum pilis et colli, Aethiopis triginta aliquot annorum. Habitus cutis naturalis servatus.

1339. Totius corporis cutis Aethiopis quinquagenarii, praegrandis staturae. Magnitudo et figura omnino naturalis.

# *AUDITUS.*

1340. Os temporum infantis recenter nati. Pars squamosa et annulus membranae tympani, cum parte petrosa nondum concretus.

1341. Os temporum infantis post partum emortui. Pars squamosa et annulus, jam cum parte petrosa junctus. Malleus, incus cum osse orbiculari et stapes, in situ naturali haerent.

1342. Pars petrosa ossis temporum infantis recenter nati.

1343. Pars squamosa cum annulo membranae tympani; ex infante novem mensium.

1344. Pars squamosa cum annulo, ex infante octo mensium et dimidii.

1345. Pars squamosa absque annulo, ex infante octo mensium et dimidii.

1346. Pars squamosa absque annulo infantis octo mensium.

1347. Pars squamosa absque annulo, ex embryone septem mensium.

1548. Tres annuli membranae tympani, ex infante novem mensium.

1349. Annulus ex infante octo mensium.

1350. Annulus embryonis septem mensium.

1351. Os temporum cum membrana tympani, ex infante octo mensium. Arteriae cera rubra tam feliciter repletae sunt,

ut membrana tympani ex toto rubra appareat. Praeparatum longe elegantissimum.

1352. Pars squamosa cum annulo membranae tympani, cum malleo et incude. In hoc praeparato videre licet membranam tympani duplici strato vasculoso a periosteo externo et interno veniente obductam. Membrana tympani, cera rubra arteriis injecta, fulget. Praeparatum artificiosissimum. Ex infante octo mensium.

1353. Pars petrosa; cavum tympani, ob periosteum, cujus arteriae cera rubent, fulget. Ex infante octo mensium.

1354. Annulus et membrana tympani cum malleo. Arteriae cera rubra optime repletae. Ex infante.

1355. Pars squamosa, petrosa, et annulus membranae tympani cum malleo, ex embryone sex mensium. Arteriae cera rubra expletae et cochleae ductus spirales aperti.

1356. Malleus, incus cum ossiculo suo orbiculari, et stapes, ex adulto. Eminet in malleo longissimus processus Folianus.

1357. Duo stapedes ex infante recenter nato. Arteriae periostei cera rubra optime expletae. In horum uno, musculum stapedis, capitulo ejus insertum cernimus.

1358. Mallei septem, ex adultis.

1359. Incudes octo, ex adultis.

1360. Malleus et incus in superficie articulari cohaerentes. Ex adulto.

1361. Pars squamosa sinistri lateris cum annulo. Malleus et incus in situ naturali apparent. Ex infante novem mensium.

1362. Os temporum sinistri lateris ex infante aliquot mensium post partum. In hoc praeparato tres canales semicirculares et vestibulum sunt aperta, neglectis ductibus spiralibus cochleae, pars ejusdem, viam ad tympanum et vestibulum monstrans, servata.

1363. Os temporum cum aure externa, ob arterias cera rubra expletas, rubente. Ex infante trium annorum.

1364. Os temporum sinistri lateris ex infante novem mensium. In hoc videmus membranam, ossicula auditus in situ naturali, tres canales semicirculares, et tandem cochleam cum ductibus spiralibus apertam.

1365. Os temporum dextri lateris infantis nuper nati. Truncus carotidis in ramum facialem et cerebralem fissus, cera rubra impletus, e quo, ut notum, surculi ad aurem excurrunt. Cartilago auris externae, cum meatu auditorio cartilagineo cute liberata et sectione facta versus partem squamosam reclinata est, ut membranam tympani videre liceat. A superficie cerebrali anteriore partis petrosae, portio demta est, ut liber aditus ad cavum tympani pateat, quod recondit ossicula auditus. Tali modo clare videmus, membranam tympani tribus constare lamellis, externa a periosteo externo orta, interna, propago periostei interni, seu cavi tympani, et tertia inter-

media elastica, tensa, pellucida. Elegans praeparatum; auris enim externa cartilaginea, membrana tympani, periosteum cavi tympani et ossiculorum auditus colore rubro fulgent.

1366. Pars squamosa parte petrosa demta. Aurem externam cartilagineam cute liberatam atque incisione facta ad partem squamosam reclinatam videmus; hinc membrana tympani clare visui offertur. In interna membranae tympani superficie, auditus ossicula, malleus nempe, incus, os orbiculare et stapes, mallei ope cum tympani membrana firmiter cohaerentia reperiuntur. Musculi malleo et incudi inserti, servati. Ex infante recenter nato. Elegans praeparatum ob felicissimam injectionem vasculorum, aurem externam cartilagineam, membranam tympani et ossiculorum auditus periosteum, colore rubro pingentium.

1367. Pars squamosa dextri lateris cum annulo et membrana tympani. Malleus et incus in situ naturali apparent. Ex infante recens nato.

1368. Os temporum dextri lateris, ex infante quatuor mensium post partum. Apparent membrana tympani, parum injecta, cavitas tympani effracta, quatuor ossicula auditus in situ, duo musculi mallei, musculus stapedis, vestibulum patulum, nervus mollis arteriolis concomitatus.. Cochlea in apice effracta, ostendit septum, in cujus apice et laterali parte membranacea, apparent vasa arteriosa injecta.

1369. Os temporum sinistri lateris, ex infante. Apparent, membrana tympani, cavitas tympani aperta, quatuor ossicula auditus in situ, musculi mallei et stapedis in situ; portio nervi duri, vestibulum apertum, tres canales semicirculares, primus ductus spiralis cochleae apertus, portio mollis ad foramina sua praeparata.

1370. Os temporum dextri lateris infantis recenter nati. Apparent, membrana tympani in annulo suo expansa; quatuor ossicula auditus in situ; processus Folianus distinctissimus; musculus stapedis, tres canales semicirculares aperti; cochlea singulari dexteritate demta est, et hac encheiresi videmus, quomodo basis stapedis ſoramen semiovale claudit.

1371. Os temporum dextri lateris, ex infante recens nato. Membrana tympani effracta; quatuor ossicula, duo musculi mallei et tuba Eustachiana in cavum tympani hians.

1372. Os temporum sinistri lateris. In hoc praeparato vestibulum cernitur apertum; foramen acusticum cum portione primi ductus spiralis cochleae ita resectum, ut reliquos cochleae ductus spirales et viam ejusdem ad vestibulum videre liceat; stapes remotus, quo fenestra semiovalis melius conspiciatur.

1373. Os temporum sinistri lateris, ex infante femina tres menses post partum mortua. In hoc praeparato cochlea et tres canales semicirculares exarati cernuntur.

1374. Os temporum sinistri lateris, ex infante. Apparet, cartilago auris externae cum meatu auditorio inciso atque ad partem squamosam reclinato; vasa leniter repleta, membrana tympani in situ suo cum annulo. Cavitas tympani effracta est; apparent, quatuor ossicula auditus, duo musculi mallei cum musculo stapedis, cujus portio carnea ex canali suo extracta; ab injectione leniter rubet. Portio dura ex canali suo proprio usque ad exitum per foramen stylo maſtoideum exarata. Cavitas vestibuli dissecta, tres canales semicirculares, cochlea cum nervo molli, apex cochleae apertus, in quo medio scyphus auditorius et hamulus.

1375. Os temporum sinistri lateris, ex infante trium annorum. Eximia partis squamosae atque mammillaris portio resecta. Cavum tympani apertum, spirales ductus cochleae singulari studio deleti; ita ut septum osseum et membranaceum, cum hamulo cochleae et scypho appareant; vestibulum effractum, in quod hiat cochlea; stapes foramen claudens in suo situ relictus; foramen rotundum secundaria tympani membrana clauditur; membrana interna cochleae, cavitas tympani et periosteum externum partis squamosae, ob vasa subtilissima materia ceracea rubra impleta, fulgent. Praeparatum sane elegantissimum.

1376. Os temporum dextri lateris, ex infante nuper nato. Apparent, membrana tympani, quatuor ossicula auditus in situ

naturali; cochlea ita effracta, ut interior fabrica quam distinctissime cernatur; tres canales semicirculares bene evoluti; foramini rotundo praetensa est membrana. Portio mollis per foraminula ad cochleam migrat. Omnia, felici per arterias injectione, rubent.

1377. Os temporum sinistri lateris, ex infante nuper nato. Quatuor ossicula auditus in situ naturali; membrana tympani, tres canales semicirculares eleganter praeparati, atque usque ad vestibulum aperti; ductus cochleae spirales diligentissime elaborati; tandem vestibulum effractum. Praeparatum quoad canalium semicircularium atque cochleae figuram et directionem elegantissimum.

1378. Tres canales semicirculares aperti atque in vestibulum hiantes. Cochleae ductus spirales aperti, vestibulum a parte antica atque externa apertum. Ex infante sex mensium.

1379. Os temporum dextri lateris, ex infante quatuor annorum. Pars squamosa cum maxima partis mammillaris portione resecta. Cochlea omni cura ita effracta, ut interior fabrica appareat. Stapes claudit foramen semiovale, foramen rotundum membrana sua clausum. Arteriis cera rubra subtilissima repletis, periosteum stapedis, cavitas tympani atque cochleae superbit.

1380. Tres canales semicirculares cum cochlea effracta. Ex infante duorum annorum.

1381. Os temporum dextri lateris, ex infante septem post partum menses emortuo. Tres canales semicirculares, cochlea evoluta, ejusdemque apex resectus; membrana tympani cum quatuor ossiculis auditus in situ naturali; portio anguli anterioris et superioris, qui, ut notum est, separat canalem perpendicularem anteriorem a canali perpendiculari posteriori, et sub quo, canales dicti in unum commune orificium confluunt et in vestibulum hiant, quo fit, ut tres canales semicirculares non sex, sed tantum quinque aperturis in vestibulum aperiantur.

1382. Os temporum dextri lateris, ex infante recens nato. Apparent, auris externa; meatus cartilagineus incisus atque ad partem squamosam reclinatus; membrana, cavum tympani effractum; quatuor ossicula auditus in situ; tres canales semicirculares, cochlea effracta; vestibulum a latere posteriori apertum.

1383. Os temporum sinistri lateris, ex infante recens nato. Videmus membranam tympani in annulo suo; cavum tympani effractum; quatuor auditus ossicula in situ; tres canales semicirculares, et tandem cochleam.

1384. Os temporum sinistri lateris, ex adulto. Processus mastoideus medius sectus, ut cellulae ejus in conspectum veniant.

1385. Os temporum sinistri lateris. Apparent, auris externa, tubae Eustachianae pars membranacea atque cartilaginea

usque ad cavum tympani continuata, ab injectione rubentes; arteriae carotidis truncus, cujus ramus cerebralis per canalem caroticum partis petrosae migrat; rami ex carotide faciali nati ad aurem externam decurrunt. Ex adulto.

1386. Os temporum sinistri lateris, ex adulto. Pars mammillaris et petrosa ita sectae, ut canalis, per quem nervus durus migrat, ratione figurae et directionis cernatur.

1387. Os temporum sinistri lateris, ex adulto. Pars mammillaris, sectione conveniente facta in varias lamellas, quarum ultima naturalem canalis nervi duri seu aquaeductus Fallopii directionem monstrat, divisa apparet. Prope aperturam internam hujus canalis, pars petrosa resecta est; haec pars, et lamellae partis mammillaris vinculis coriaceis constrictae tenentur.

1388. Pars squamosa cum portione partis mammillaris dextri lateris, ex adulto. Canalis auditorius osseus, membrana tympani, malleus et incus in situ naturali, parte petrosa resecta, apparent.

1389. Os temporum dextri lateris, ex adulto. Per partem mammillarem et petrosam sectio ita est instituta, ut directio aquaeductus Fallopii et cavum tympani in conspectum veniant.

1390. Os temporum sinistri lateris, ex adulto. Conspiciuntur, canalis auditorius osseus, membrana tympani, quatuor ossicula auditus cum duobus musculis mallei, et musculo stapedis;

portio dura canalem suum transiens, cochlea effracta; tres canales semicirculares cum vestibulo aperti.

1391. Os temporum dextri lateris, ex adulto; vestibulum cernitur apertum; tres canales semicirculares cum orificiis suis in cavo vestibuli, setis varii coloris notantur. Cochlea cum ductibus spiralibus, aquaeductus Fallopii seta nigra notatus. Per eminentiae pyramidalis orificium transmissa est seta nigra. Praeparatum prae aliis, quae unquam elaboravi elegans, ob elegantissimam directionem ductuum spiralium cochleae et canalium semicircularium.

1392. Os temporum lateris dextri, ex adulto. Meatus auditorius osseus, facta in eo sectione apertus conspicitur. Tres canales semicirculares cum vestibulo aperti; cochlea exarata et aperta. Singulares factae sunt sectiones; tota nempe superficies cerebralis interna posterior a basi usque ad apicem, et superficies externa atque inferior cum portione meatus auditorii ossei, serra subtili resectae. Quae segmenta si rursus adponantur, foramen acusticum cochleae basin rursus tangit et superficiei inferiori et externae conjungitur, atque ita integra ossis temporum figura obtinetur.

1393. Os temporum sinistri lateris. Auris externa, ex adulto. Variae atque subtilissimae, tam in parte squamosa, quam petrosa, factae sunt sectiones, vinculis coriaceis conjunctae, integrum os temporum ob oculos ponentes. His paulatim

reclinatis, apparent, membrana tympani, quatuor ossicula auditus in situ; tres canales semicirculares cum cochleae ductibus spiralibus et vestibulo aperti, portio nervi duri per canalem suum decurrens.

1394. Os temporum dextri lateris. Canalem auditorium osseum, membranam tympani, cavum tympani, malleum et stapedem in situ naturali, tres canales semicirculares et cochleam, angulum superiorem partis petrosae ossis temporum integrum, superficie cerebrali interna posteriore integra pene relicta, cernimus. Hac encheiresi, cochleae atque canalium semicircularium situs, clarissime determinatur.

1395. Os temporum sinistri lateris, ex adulto. Apparent meatus auditorius osseus, tres canales semicirculares; vestibulum effractum.

1396. Os temporum sinistri lateris, ex adulto. Canalis auditorius osseus, membrana tympani, quatuor ossicula auditus, musculi mallei et stapedis, tubae Eustachianae pars membranacea et cartilaginea; aquaeductus Fallopii seta caerulea notatus; tres canales semicirculares, cochlea, portio mollis nervi duri per ostiola foraminis acustici migrans, angulus superior, et magna portio superficiei internae posterioris partis petrosae, relicta.

1397. Os temporum dextri lateris, ex adulto. Canalis auditorius osseus, membrana tympani, quatuor ossicula auditus,

tres canales semicirculares. Cochlea singulari artificio ita secta est, ut a basi usque ad apicem ductus spirales quasi transparentes optime appareant.

1398. Os temporum dextri lateris, ex adulto. Canalis auditorius osseus, membrana tympani cum ossiculis auditus amota sunt. Tres canales semicirculares et cochlea, eodem artificio quo 1397. secta, cum vestibulo aperto apparent.

1399. Os temporum dextrum, ex adulto. Singulari artificio, variis sectionibus, os temporum in segmenta divisum, vinculis coriaceis cohaerentia, quae pro lubitu vel separari, vel conjungi possunt. In hoc osse temporum, aurem externam cum meatu cartilageneo et osseo, membranam tympani, malleum et incudem, spectamus. Stapes, ab ossiculo orbiculari solutus, basi insistit foramini ovali. Tres canales semicirculares cum cochlea exarati; vinculorum coriaceorum ope, stapes cum osse orbiculari, hinc quoque cum incude conjungi et disjungi potest. Omnibus segmentis recte connexis, os temporum integrum restituitur. Elegans praeparatum.

1400. Os temporum dextrum, ex adulto. Simile fere praeparatum 1399. Factae nempe sunt variae sectiones per strias coriaceas cohaerentes, quae pro lubitu dimotae apparent; canalis auditorius osseus, membrana tympani, malleus et incus, tres canales semicirculares, cochlea et vestibulum, diffracta.

1401. Os temporum sinistrum adulti. Convenit hoc praeparatum fere 1399. et 1400. Facta sunt nimirum plura segmenta partis mammillaris et petrosae, quae unita integram referunt ossis temporum figuram. Videmus, meatum auditorium osseum, membranam tympani, quatuor ossicula in situ, tres canales semicirculares et cochleam.

1402. Os temporum sinistrum, ex adulto. Serra subtili, os temporum in duo segmenta divisum. Alterum continet dimidiam partem processus mammillaris et integram superficiem partis petrosae, alterum comprehendit partem squamosam. In hoc praeparato videmus, meatum auditorium osseum, membranam tympani, quatuor ossicula auditus in situ naturali; aquaeductum Fallopii seta alba notatum; tres canales semicirculares, cochleam penitus amotam, et vestibulum apertum, in quo orificia canalium semicircularium patula conspiciuntur.

1403. Os temporum lateris sinistri hominis adulti. Auris externa, meatus auditorius cartilagineus et osseus. Membrana tympani, malleus et incus. Tres canales semicirculares. Cochlea ope baseos adhuc cum parte petrosa cohaerens, ita effracta et a vestibulo soluta, ut aperturae canalium semicircularium distinctissime appareant. Si vero cochlea ita soluta vestibulo denuo jungitur, integrum os servatum est.

1404. Os temporum sinistri lateris, hominis adulti. Subtilissima serra os temporum in duas partes divisum. Prima, partem

squamosam et dimidiam processus mastoidei partem, continet. Secunda hujus praeparati, variis segmentis factis, et deinde rursus glutine junctis, comprehendit dimidiam processus mastoidei et integram partem petrosam. Si nunc ambae partes junguntur, integrum os temporum, cum dicto auditus organo, obtinetur. In hoc praeparato cernuntur, meatus auditorius apertus; cochlea elegantissime exarata; tres canales semicirculares et vestibulum apertum.

1405. Os temporum sinistri lateris, ex adulto. Auris externa cum meatu auditorio cartilagineo a margine aspero meatus auditorii ossei soluta atque reflexa; membrana tympani, quatuor ossicula auditus in situ naturali; tres canales aperti, cochlea.

1406. Os temporum dextrum, ex adulto. Meatus auditorius, sectione conveniente facta, apertus; malleus cum musculis, stapes in situ naturali; tres canales semicirculares cum angulo superiori partis petrosae cohaerentes; cochlea et vestibulum effracta. Portio dura et mollis nervi septimi paris.

1407. Os temporum dextrum adulti. Meatus auditorius osseus.

1408. Os temporum sinistrum adulti. Tres canales semicirculares, vestibulum apertum et cochlea obiter praeparata. Aperturae canalium semicircularium in vestibulum patulae, setis immissis notantur.

1409. Os temporum dextrum, ex adulto. Quatuor ossicula auditus in situ; tres canales semicirculares et cochlea.

1410. Os temporum sinistri lateris, ex adulto. Elegans praeparatum, propter sectiones artificiales, quae id in duo segmenta dividunt. In altero apparent, pars squamosa cum portione processus mammillaris, auris externa cum meatu auditorio cartilagineo et osseo, membrana tympani, quatuor ossicula auditus cum musculis, tres canales semicirculares et cochlea effracta. Alterum segmentum ex pluribus compositum denuo glutine junctum, continet partem mammillarem atque petrosam. Ambobus junctis integrum os temporum obtinetur.

1411. Os temporum sinistrum, ex adulto. Facta est sectio medium aquaeductum Fallopii transiens, et processum zygomaticum cum tubere articulari a parte squamosa separans. Angulus petrosus superior et superficies posterior cerebralis partis petrosae integra sunt. Videmus in hoc praeparato tres canales semicirculares, cochleam et aquaeductum Fallopii seta notatum et ductum chordae tympani quem chorda notat.

1412. Os temporum dextri lateris, ex adulto. In hoc praeparato meatum auditorium osseum, tres canales semicirculares apertos conspicimus.

1413. Os temporum sinistrum, ex adulto. Meatus auditorius osseus, malleus et incus in situ naturali, tres canales atque vestibulum apertum.

1414. Os temporum sinistrum, hominis adulti. Processus mastoideus ita sectus est, ut meatus auditorius osseus in duo

segmenta fissus sit; unum comprehendit processum mastoideum, alterum partem squamosam. In hoc praeparato, membranam tympani, malleum cum suis musculis, tres canales semicirculares, vestibulum apertum, internam cochleae fabricam, videmus.

1415. Os temporum sinistrum, ex adulto. Tres sectiones factae sunt. Prima aperit meatum auditorium osseum; secunda separat partem mammillarem; tertia, omnium difficillima, internam superficiem processus mammillaris et superficiem cerebralem posteriorem a reliqua parte petrosa separat. His factis, membranam tympani, forsan quatuor ossicula auditus in situ, duos musculos mallei et stapedis, tres canales semicirculares apertos, cochleam bene exaratam, vestibulum apertum, nervum durum, per aquaeductum Sylvii ambulantem, portionem mollem per foraminula baseos cochleae migrantem, conspicimus.

1416. Os temporum dextri lateris, adulti. Pars mastoidea serra soluta. Tres canales semicirculares cum vestibulo, aperti.

1417. Os temporum dextri lateris, ex adulto. Hoc praeparatum in tria segmenta permutatum est. Primum sistit, superficiem externam seu inferiorem partis petrosae cum pariete inferiori meatus auditorii ossei. Secundum refert, superficiem cerebralem posteriorem partis petrosae. Tertium monstrat, partem mammillarem, partem squamosam et parietem supe-

riorem meatus auditorii ossei. In hoc tertio segmento apparent, tres canales semicirculares cum vestibulo aperti, cochleae ductus spirales bene evoluti. Tribus segmentis junctis, integrum habemus os temporum.

1418. Tres canales semicirculares et cochlea aperta, ex adulto.

1419. Portio partis squamosae, pars mammillaris, portio partis petrosae, meatus auditorius osseus, membrana tympani, quatuor ossicula auditus in situ naturali; tres canales semicirculares cum cochlea ex arte evoluti. Ex adulto.

1420. Os temporum, ex adulto. In hoc bene evoluti sunt, tres canales semicirculares et cochlea.

Omnes sectiones in plerisque organi auditus praeparatis tanta arte sunt institutae, ut difficile sit, eas verbis omnino describere; melius itaque oculis dijudicantur. Quod si enim omnia ac singula segmenta colliguntur atque denuo vinculis, vel metallicis vel holosericis, reuniuntur; pro lubitu, vel integrum os temporum cum membrana tympani et ossiculis auditus restitutum, vel si segmenta rursus a se invicem removentur, nucleus quasi, h. e. recondita pars, labyrinthus dicta, nempe canales semicirculares, vestibulum et cochlea, quam distinctissime apparent. Hac methodo, omnes ac singulae partes organi auditus, in situ naturali, a quolibet absque longo studio, perlustrari possunt.

## PARTES IN THORACE ET ABDOMINE.

1421. Quinta, sexta et septima vertebra colli, vertebrae dorsi cum costarum extremitate posteriore, vertebrae lumborum, os sacrum, coccygis et innominatum sinistrum; dextrum enim ablatum. Lingua, larynx, pharynx, oesophagus; sacci pleurae atque pericardium, demta; hinc partes in thorace positae retentae. Diaphragma, partes abdominis evolutae; quem in finem peritonaeum demtum; arteria aspera cum pulmonibus, cor cum arcu aortae atque ramis ex eo prodeuntibus, ipsa arteria aorta usque ad divisionem in arteriam cruralem profundam et superficialem, vena cava superior cum trunco venarum jugularium, vena cava inferior usque ad divisionem in venam cruralem superficialem et profundam, vena umbilicalis, tandem partes genitales internae et externae. Ex infante femina recenter nata. Arteriae rubra et venae viridi cera tinctae.

1422. Lingua, arcus faucium, os hyoideum cum musculis, glandula thyreoidea, arteria aspera, larynx, pharynx, oesophagus, sacci pleurae aperti, pericardium longitudinaliter apertum, cor, arcus aortae cum carotidibus usque ad divisionem in externam et internam, arteriae subclaviae cum ramis, arteria aorta cum arteriis intercostalibus, coeliacis,

mesentericis et iliacis, earumque ramis in pelvi; vena cava superior cum venis jugularibus usque ad primam vertebram colli, venae subclaviae cum ramis. Diaphragma, peritonaeum in saccum extensum atque apertum; omnia viscera abdominis sacco peritonaei contenta, portio intestini recti extra saccum peritonaei cum orificio ani, penis, testiculi, vesica urinaria, renes, vena cava inferior cum ramis in abdomine et pelvi ita praeparata, ut situs viscerum tam abdominis quam thoracis haud mutatus sit. In hoc praeparato duplicem venam azygos observamus; alteram nempe dextram, venae cavae superiori, alteram sinistram, parti posteriori venae subclaviae et jugularis sinistrae, sese inserentem. Arteriae rubra, venae viridi cera saturatae. Ex puero quatuordecim annorum.

## *C O R.*

1423. Pericardium aëre inflatum. Cor, arcus aortae et trunci ramorum ex hoc prosilientium. Ostia reliquorum vasorum filis sunt constricta. Ex adulto.

1424. Portio pericardii, cujus arteriae cera rubra, venae lutea sunt distinctae. Ex adulto.

1425. Vena cava superior cum trunco venarum jugularium, auricula dextra et vena cava inferior, cera viridi repletae. Ex viro triginta annorum.

1426. Cor ex adulto, cujus cava et vasa aperta et ita distenta, ut atrium dextrum atque sinistrum cum septo intermedio, ventriculi cum septo intermedio, aperturae vasorum atque valvulae orificiis praemunitae, scilicet semilunares, mitralis et tricuspidalis, visui sese praebeant.

1427. Cor cum truncis arteriarum venarumque pulmonalium atque vena cava superiore. Ex infante duorum annorum. Arteriae cera rubra impletae et per anastomosin venae eodem colore tinctae.

1428. Cor cum vasis majoribus et atriis. Vena cava superior, inferior, auricula dextra, arteria pulmonalis, venae pulmonales, saccus venarum pulmonalium, aorta, arteriae et venae coronariae, cera rubra et viridi impletae. Ex adulto.

1429. Cor praegrande cum vasis majoribus et atriis, tantae magnitudinis, ut bovino haud absimile sit. Venae cavae, auris dextra, ventriculus anterior et arteria pulmonalis cera flava, saccus vero venarum pulmonalium, auris sinistra, ventriculus posterior et arteria aorta rubra referta. Ex viro robusto triginta sex annorum. Aorta, a suo e corde ortu usque ad originem trium truncorum, communis, subclaviae et carotidis dextrae, carotidis sinistrae atque subclaviae sinistrae, solito major; nam antequam praedicti rami oriantur, linearum viginti unius habet diametrum. Tunc aortae diameter ita decrescit, ut in vertebra dorsi octava, tantum sit decem linearum. En

itaque causam, ob quam miser hic vivus, summis praecordiorum anxietatibus atque cordis palpitationibus excruciatus, tandem morte apoplectica extinctus sit. Explicavi hoc praeparatum in *Nouveaux mémoires de l'académie de Berlin*, *année* 1785: *Sur les maladies du coeur.*

1430. Truncus arteriae pulmonalis ab exitu e corde usque ad divisionem in ramos suos, cera rubra dura repletus. Ex adulto.

1431. Arteria aorta ab exitu e corde usque ad decimam vertebram dorsi cum ramis in hoc itinere prodeuntibus, cera rubra repleta. Ex adulto.

1432. Aorta ab origine e corde usque ad divisionem in hypogastricam et cruralem, cum omnibus ramis, quos aorta in hoc itinere emittit, cera rubra dura repleta. Ex adulto.

## *LARYNX. PULMO CUM CORDE.*

1433. Pulmo sinister, ex infante trium annorum. Arteriae rubra, venae viridi cera repletae.

1434. Arteria aspera, pulmones et cor. In arterias rubra cera injecta. Ex infante recenter nato.

1435. Cor cum arteriis et venis pulmonalibus exaratis, arcus aortae cum ramis ex hoc prosilientibus; vena cava superior cum venis jugularibus et tandem vena cava inferior. Ex infante quatuor annorum. Arteriae rubra, venae flava cera inditae.

1436. Cor cum pulmonibus et vasis majoribus, cera rubra impletum. Ex infante sex annorum.

1437. Pulmones cum arteria aspera cera viridi impleta. Cor, arteria aorta usque ad divisionem in iliacas, cum ramis in hoc itinere provenientibus. Vena cava superior usque ad divisionem in jugulares. Vena cava inferior usque ad divisionem in iliacas. Cava cordis, arteriae et venae cera rubra refertae. Ex adolescente sedecim annorum.

1438. Lingua cum osse hyoideo, oesophagus, ventriculus, arteria aspera cum pulmonibus, cor cum arcu aortae et truncis ex eo prosilientibus, arteria aorta cum arteriis intercostalibus, renalibus cum renibus ipsis, et truncis venarum renalium; trunci, arteriae coeliacae, mesentericae superioris, inferioris, et reliqui rami, usque ad divisionem aortae in arteriam cruralem superficialem et profundam, exarati; vena cava superior, inferior, auricula dextra, ventriculus anterior, et arteria pulmonalis cera lutea, reliquae arteriae rubra repletae. Ex puero decem annorum.

1439. Cor cum vasis pulmonalibus tam arteriis quam venis, aorta cum vasis intercostalibus usque ad decimam costam, arteria subclavia dextra et sinistra, carotis dextra et sinistra, usque ad divisionem in externam et internam. Vena cava superior cum venis jugularibus, vena cava inferior, oesophagus usque ad cardiam cum arteriis suis et venis, arteria

aspera cum bronchis, quae materia ceracea alba ſaturata, ut bronchi firmiores fierent, et arteriae bronchiales melius videri poſſent; glandula thyreoidea, larynx, os hyoideum cum musculis suis, lingua cum suis musculis, cutis interna oris, palati mollis, arcus ſaucium et uvula. Arteriae rubra, venae viridi cera infarctae. Ex adolescente octodecim annorum. Hoc praeparatum praeprimis elaboratum est, ob elegantem originem arteriarum bronchialium, in itinere serpentinoso bronchos arteriae asperae ubique sequentium.

1440. Os hyoideum, larynx, arteria aspera cum minimis bronchis suis, cor, arcus aortae, truncus communis pro arteria subclavia et carotide dextra, arteria carotis et subclavia sinistra, arteria aorta ipsa cum truncis arteriarum bronchialium et intercostalium usque ad octavam costam, vena cava superior cum truncis venarum jugularium, vena cava inferior, vasa pulmonalia tam arteriae quam venae imo minimae ita exaratae, ut pulmonum ſere figuram referant. Ex viro. Arteriis rubra, venis viridis cera est indita.

1441. Lingua, pharynx, oesophagus, arteria aspera, pulmones, pericardium apertum, cor, diaphragma, renes, renes succenturiati, vesica urinaria, uterus, tubae, ovaria, vagina, intestinum rectum cum portione intestini coli, partes genitales externae, cutis montis Veneris, perinaei et partis lateralis ſemorum, arcus arteriae aortae cum truncis arteriarum ex hoc

prosilientium. Arteria aorta ipsa cum truncis arteriarum intercostalium, trunco arteriae coeliacae, mesentericae superioris, arteriis renalibus cum trunco arteriae mesentericae inferioris et arcubus arteriarum ad S romanum decurrentibus; tandem arteriae iliacae in utroque latere, atque rami arteriae cruralis. Vena cava superior, azygos et cava inferior, venae renales atque iliacae. Arteriae cera rubra saturatae, et per anastomosin venae eodem colore tinctae. Ex puella octo annorum.

1442. Caput, cujus cranium sectione horizontali est ablatum. Maxilla inferior, uterque oculus et auris, lingua cum musculis suis, os hyoideum cum musculis, pharynx cum constrictoribus suis, oesophagus, larynx, arteria aspera, pericardium secundum longitudinem apertum, cor, arcus aortae, arteriae carotides, vertebrales e canali osseo exaratae atque per foramen magnum ossis occipitis migrantes, arteriae subclaviae cum ramis suis, vena cava superior cum venis jugularibus, diaphragma, ipsa arteria aorta et ejus rami, scilicet arteria coeliaca, mesenterica superior, renales, mesenterica inferior eleganti anastomosi cum arteria mesenterica superiore juncta, ulterior progressus arteriae aortae, usque ad divisionem in arterias iliacas, cum ramis omnibus ex his provenientibus; vena cava inferior usque ad femora cum omnibus ramis suis, quos in hoc decursu edit, renes, ureteres,

vesica urinaria, partes genitales externae et internae, cutis perinaei, cum cute montis Veneris, partis lateris femorum et orificio ani, intestinum rectum. Ex infante quatuor annorum. Arteriae cera rubra et per anastomosin venae eodem colore impletae.

## *VARIA ORIGO VASORUM SANGUIFERORUM.*

1443. Arcus arteriae aortae, ex adulto, rubra cera injectus. Hic duo tantum existunt trunci; alter, communis, arteriae carotidi dextrae, sinistrae, et subclaviae dextrae; alter, arteriae subclaviae sinistrae, dicatus.

1444. Simile praeparatum 1443. eodemque modo injectum. Ex adulto.

1445. Arcus arteriae aortae, ex adulto, cera rubra impletus, ex quo tres oriuntur trunci; primus, communis, arteriae carotidi dextrae et sinistrae, dicatus; secundus edit arteriam subclaviam sinistram; tertius, à latere sinistro dextrum versus, atque ante arteriam asperam migrans, arteriam subclaviam dextram, exhibet.

1446. Simile praeparatum 1445. ex adulto, eodemque modo injectum.

1447. Arcus arteriae aortae, cera flava impletus, ex quo tres prodeunt trunci; primus, arteriam carotidem sinistram, dex-

tram, et subclaviam dextram, edit. Secundus est ipsa arteria subclavia sinistra; tertius, vertebralis sinistra. Ex adulto.

1448. Arcus arteriae aortae cera flava infarctus, ex quo quatuor enascuntur arteriae; carotis nempe dextra, sinistra, subclavia dextra, sinistra. Ex viro.

1449. Simile praeparatum 1448. cera rubra infarctum. Ex adulto.

Praeparata a 1443 ad 1449, a me descripta in *Mémoires de l'Académie de Berlin*, 1785, inveniuntur, et Tab. III. delineata sunt.

1450. Vena cava inferior cera flava repleta, infra arteriam renalem in duos ramos divisa; arteria aorta cera rubra infarcta, inter duos ramos venae cavae collocata. Ex viro sexaginta annorum.

## *DIAPHRAGMA. PERITONAEUM.*

1451. Diaphragma in planam superficiem expansum. Arteriae cera rubra injectae. Ex puero octo annorum.

1452. Simile praeparatum 1451. eodem modo expansum atque injectum. Ex adolescente sedecim annorum.

1453. Portio peritonaei, cujus arteriae ceram rubram, venae flavam biberunt. Ex adulto.

1454. Integer saccus peritonaei, injecta cera rubra superbiens, feminae hydropicae, cum omnibus visceribus et partibus genitalibus internis et externis, cum cute externa perinaei, partis lateralis femorum et montis Veneris; saccus peritonaei

sectione cruciata apertus, ita ut viscera in eo contenta appareant. Extra saccum peritonaei videre licet viscera reliqua cum vasis majoribus. Arteriae cera rubra repletae sunt, vena cava viridi. Plura lege in *Dissertatione de morbis peritonaei* vel *Nouveaux mémoires de l'académie de Berlin*, *année* 1782, §. 34. pag. 21. Ex femina triginta annorum.

## *HEPAR. VESICA FELLEA.*

1455. Hepar cum ligamentis et vena umbilicali. Vasa sunt cera rubra injecta. Ex infante legitimo termino nato.

1456. Hepar, pars descendens duodeni, ren uterque, vena portarum cera flava impleta. Vena cava inferior usque ad venas iliacas cera viridi, arteria aorta vero a decima vertebra dorsi usque ad divisionem in iliacas cera rubra est infarcta. Ex adulto. In hoc praeparato praecipue venae vesicae felleae quam optime materia flava tinctae apparent.

1457. *a.* Vesica fellea cum ductu cholodocho aëre distenta. Ex viro.

1457. *b.* Vesica fellea cum ductu cholodocho aëre distenta. Ex femina.

1458. Vesica fellea cum ductu hepatico et cholodocho. Ex adulto.

1459. Ingens vesica fellea. Ex adulto.

# *OESOPHAGUS. VENTRICULUS. PANCREAS. LIEN. OMENTUM MAJUS.*

1460. Ventriculus embryonis sex mensium, aëre inflatus.

1461. Simile praeparatum. Ex embryone septem mensium.

1462. Oesophagus cum ventriculo et intestino duodeno aëre extensus. Ex embryone septem mensium.

1463. Pars oesophagi cum ventriculo et intestino duodeno, foetus octo mensium a conceptione. Arteriae cera rubent.

1464. Ventriculus cum duodeno aëre inflatus. Ex infante recenter nato, novem mensium.

1465. Ventriculus infantis unius et dimidii anni, aëre extentus.

1466. Simile praeparatum. Ex infante duorum annorum.

1467. Ventriculus aëre distentus, pueri decem annorum.

1468. Ventriculus aëre inflatus, puellae duodecim annorum.

1469. Ventriculus, dimidium pancreas, omentum majus, vasa coronaria superiora et inferiora evoluta. Arteriae rubra, venae brunna cera impletae. Ex adolescente quindecim annorum.

1470. Ventriculus cum omento majori, liene, intestino duodeno et pancreate. Ex adolescente quatuordecim annorum. Arteriae rubra, venae brunna cera impletae.

1471. Ventriculus, omentum majus, vasa coronaria superiora et inferiora, atque vasa ad hepar decurrentia eleganter exarata. Arteriae rubra, venae flava cera saturatae. Ex puero tredecim annorum.

1472. Ventriculus inversus, ut membrana interna villosa externa facta sit, flatu distentus. Ex adulto. Arteriae rubra, venae flava cera artificiosissime expletae.

1473. Lien, cujus arteriae rubra, venae flava cera abunde repletae. Ex puero tredecim annorum.

## *MESENTERIUM. INTESTINA.*

1474. Mesenterium, cujus arteriae cera rubent, venae vero virent. Ex adulto.

1475. Simile praeparatum 1474. Arteriis rubra, venis caerulea cera indita. Ex adulto.

1476. Membrana muscularis intestini jejuni a reliquis soluta. Ex adulto. Arteriae cera rubra fulgent.

1477. Membrana muscularis et nervea intestini jejuni a se invicem et a villosa separatae. Ex adulto. Arteriae rubra, venae viridi cera expletae.

1478. Portio intestini jejuni. Ex adulto. Tres membranae, scilicet muscularis, nervea et villosa, a se invicem separatae atque supra vitrum extensae et munitae; arteriae rubra, venae viridi cera superbiunt.

1479. Portio intestini jejuni aëre distenta; arteriae rubra, venae flava cera impletae atque elaboratae. Ex adulto.

1480. Similis portio intestini jejuni aëre distenta, cujus arteriae et venae eodem modo infarctae atque exaratae. Ex adulto.

1481. Portio intestini ilei aëre distenta; arteriae cera rubent, venae flavent. Ex adulto.

1482. Portio intestini jejuni aëre distenta, in qua vasa lymphatica ab origine ex intestino usque ad glandulas et ipsae glandulae chylo terrestri obstructae et induratae. E viro triginta aliquot annorum. Plura lege in *Nouveaux mémoires de l'académie de Berlin, années* 1786 *et* 1787.

1483. Portio intestini ilei, coecum et portio intestini coli, secundum longitudinem aperta, ut valvula Bauhini atque orificium, processus vermiformis, clare conspiciantur. Ex adulto.

1484. Portio intestini ilei, intestinum coecum cum processu suo vermiformi et portio intestini coli. Ex puero duodecim annorum. Arteriae cera rubent, venae flavent.

1485. Portio intestini jejuni, intestinum coecum, ejus processus vermiformis et portio intestini coli aëre inflata. Ex adulto. Arteriis cera rubra, venis flava est indita.

1486. Portio intestini ilei, intestinum coecum, processus vermiformis et pars adscendens intestini coli secundum longitudinem aperti, ut valvula Bauhini visui pateat. Ex adulto. Arteriae rubra, venae flava cera saturatae.

1487. Portio intestini ilei, coecum cum processu vermiformi et portio intestini coli, ita longitudinaliter aperta, ut valvula Bauhini et processus vermiformis conspiciantur. Ex adulto. Arteriae rubra, venae viridi cera infarctae.

1488. Intestinum colon aëre inflatum, cujus arteriis rubra, venis brunna cera injecta. Ex adulto.

1489. Intestinum colon aëre distentum, cujus arteriae cera rubra, venae flava impletae atque exaratae. Ex adulto.

1490. Portio intestini ilei, coecum et portio intestini coli aëre distenta; processus vermiformis deficit. Ex viro. Viscera abdominis fuerunt sana.

1490. *a*. Vasis vitrei albi, germanice *ein Quart-Bierglas* appellati, a milite, praesentibus commilitonibus suis, insolenter dentibus comminuti atque devorati, frustula, per anum, illaesa hominis sanitate, rejecta.

# *VIRILIA.*

## *VESICA URINARIA.*

1491. Vesica urinaria aëre distenta, ex puero quatuor annorum. Arteriae cera rubra impletae.

1492. Vesica urinaria cum ureteribus secundum longitudinem aperta, expansa et in latam superficiem mutata; ex infante sex annorum. Arteriae tam feliciter materia ceracea rubra

infarctae, ut tota vesica urinaria cum ureteribus panni scarlatini speciem prae se ferat.

1493. Vesica urinaria cum pene; prostata et portio corporis cavernosi, bulbum sic dictum componens, ablatae; sola membrana nervea vesicae cum ureterum in eam ingressu est praeparata. Ex adulto.

## *SCROTUM.*

1494. Scrotum cum septo ejusdem exsecto. Ex infante. Arteriae cera rubent.

1495. Cutis scroti et penis distenta; atque in utroque latere scroti ita secta, ut septum bene sit servatum. Ex adulto.

## *PENIS.*

1496. Pelvis cum pene, ramis descendentibus ossium pubis et adscendentibus ossium ischii adhaerente. Corpora cavernosa penis sunt rubra cera impleta. Ex adulto.

1497. 1498. Quarta et quinta vertebra lumborum, ossa pelvis, ligamenta spinoso et tuberoso sacra, vesica urinaria et intestinum rectum flatu distenta, glandula prostata, penis ossibus pubis adhaerens; haec omnia per medium in duas partes aequales perpendiculariter secta. Ex adulto. Corpora cavernosa penis rubra cera saturata. Usui chirurgico, scilicet ut monstretur, quomodo catheter in vesicam urinariam sit indendus.

1499. Simile praeparatum 1497. Ex adulto.

1500. Ossa pubis cum ossibus ischii, penis cum parte posteriore inferiore vesicae urinariae, glandula prostata, vesiculae seminales, vasa ejaculatoria, et portio vasis deferentis. Cutis remota a pene, et penis ipse ita praeparatus est, ut glans cum corpore cavernoso urethrae et in eo inclusa urethra a corporibus cavernosis penis separata sit. Corpora cavernosa penis viridi, et corpus cavernosum urethrae cum venis dorsalibus penis et vesiculis seminalibus rubra cera infarctum. Hoc praeparatum demonstrat, penem tribus constare partibus, duobus corporibus cavernosis penis, et corpore cavernoso urethrae.

1501. Penis. Ex adulto. Corpora cavernosa flatu distenta et secundum longitudinem aperta.

1502. Penis cum glandula prostata. Ex adulto. Corpora cavernosa penis rubra et corpus cavernosum urethrae cum venis penis viridi cera saturata.

## *T E S T I S.*

1503. Testiculus cum funiculo suo spermatico. Membrana vaginalis testiculi et funiculi spermatici flatu distenta atque secundum longitudinem aperta. Ex adulto.

1504. Testiculus adulti. Vas deferens, curvatura major et minor epididimidis, vasa Graffiana et praecipue vasa lymphatica, in

hoc testiculo quam clarissime videnda et tantae magnitudinis sunt, ut diameter unius eorum lineam fere aequet. Membrana vaginalis funiculi spermatici secundum longitudinem secta et in latam superficiem mutata. Testiculus ipse haud mutatus est, excepta membrana vaginali ablata.

1505. Testiculus adulti, per vas deferens mercurio vivo repletus. Tunica vaginalis funiculi spermatici secundum longitudinem aperta atque in latam superficiem mutata est, ut iter vasis deferentis cum epididimide ad testem bene conspici queat. Membranae albugineae dimidia pars demta, ut canaliculi seminales serpentinosi, una cum vasis Graffianis clare conspectui praebeantur, omnes mercurio turgidi.

1506. Testiculus adulti, per vas deferens tam feliciter mercurio impletus, ut testiculus totus, h. e. tota longitudo canalis spermatici in ductu serpentinoso repens impleta sit, quod mihi tantum ter inter trecentos testes contigit. Neque minus bene in hoc teste vasa lymphatica impleta. In hoc testiculo tandem rarissima observatio occurrit, quod unum magnum vas Graffianum, dimidium fere pollicem a curvatura majore remotum, in epididimidem effunditur.

1507. Testiculus adulti, ut 1504. praeparatus et injectus. In hoc testiculo melius quam in 1505. vasa Graffiana sunt elaborata.

1508. Testis adulti eodem modo injectus atque praeparatus. In hoc vero testiculo vasa Graffiana summo studio atque

labore ita exarata apparent, ut duodecim canaliculos sejunctos numerare valeamus. Praeparatum sane elegans, atque omnium testium optimus.

1509. Testiculus adulti, eodem modo injectus atque praeparatus. In hoc testiculo praeprimis vasa lymphatica testis, praecipue in cellulosa funiculi spermatici videre licet.

1510. Testiculus adulti, cujus vas deferens cum epididimide, ad curvaturam minorem usque, filo constrictum et mercurio vivo repletum est, ut vas illud lymphaticum ex illa curvatura interdum oriens, et usque ad glandulas inguinales migrans, bene conspici queat. Tunica vaginalis funiculi spermatici secundum longitudinem secta et in latam faciem mutata cernitur, propter vasis deferentis et lymphatici decursum.

Octo hi testiculi ex pluribus quam trecentis testibus, cunctis mercurio repletis, sunt selecti.

## *VESICULAE SEMINALES.*

1511. Duae vesiculae seminales cum vase deferente et ejaculatorio, rubra cera injectae. Ex adulto.

1512. Penis, glandula prostata, vasa deferentia et vesiculae seminales. Corpora cavernosa penis rubra et corpus cavernosum urethrae cum venis penis viridi cera repleta. Vasa deferentia et vesiculae seminales mercurio vivo expletae. Ex adulto.

1513. Penis, glandula prostata, vesiculae seminales, vasa deferentia, vesica urinaria cum extremitate inferiore ureterum. Corpora cavernosa penis cera viridi, corpus vero cavernosum urethrae cum venis, vesiculae seminales, vasa deferentia et ductus ejaculatorius rubra cera sunt impleta. Ex adulto.

1514. Penis, vesica urinaria, glandula prostata, vesiculae seminales, utrumque vas deferens, testiculus uterque, membrana vaginalis funiculi spermatici in latam superficiem extensa. Testiculi cum epididimide felicissime mercurio vivo repleti, ut aperta eorum membrana vaginali atque extensa, vasa lymphatica artificiosissime repleta appareant. Vasa deferentia usque ad annulum abdominalem mercurio vivo, deinde vero simul cum vesiculis seminalibus cera rubra repleta. Corpora cavernosa penis cera viridi, corpus vero cavernosum urethrae cum venis dorsalibus penis cera rubra saturata; arteria dorsalis penis materiam ceraceam viridem hausit. Ex adulto.

## *MULIEBRIA.*

1515. Partes genitales internae et externae. Vesica urinaria, intestinum rectum, cutis perinaei, montis Veneris et partis lateralis femorum, orificium ani, tandem hymen adhuc illaesum videre licet. Arteriae rubra cera injectae. Ex puella decem annorum.

1516. Vesica urinaria aëre distenta cum parte infima ureterum. Arteriae rubra cera sunt saturatae. Ex infante femina trium annorum.

## *PLACENTA.*

1517. Funiculus umbilicalis cum placenta. Arteriae rubra, venae viridi cera repletae.

1518. Funiculus umbilicalis cum placenta. Arteriae cera rubent, venae virent. Funiculi longitudo duos pedes et quinque pollices capit.

## *DIFFERENTIA INTER FOETUM ET ADULTUM.*

1519. Arteria aspera, pulmones, cor, arcus aortae cum tribus truncis ex hoc provenire solitis, arteria aorta ipsa usque ad divisionem in iliacam internam et externam, trunci arteriae coeliacae, mesentericae superioris, inferioris, renalium, et arteriae umbilicales, iter naturale servantes, vena cava superior cum trunco venarum jugularium, vena cava inferior cum trunco venarum jugularium, vena cava inferior cum ramis in hepate evanescentibus, tandemque vena umbilicalis. Ex infante recenter nato. In hoc praeparato arteria aorta cum truncis suis, arteria pulmonalis et ductus arteriosus Botalli cera lutea, venae pulmonales, vena cava superior cum ramis

suis, atria et ventriculi cordis, cava inferior atque vena umbilicalis et ductus venosus, cera quam elegantissime rubent. Hoc praeparatum sanguinis circulum in foetu, praecipue vero situm ductus Botalli, ductus venosi, et arteriarum umbilicalium, venae umbilicalis, portarum et cavae magnitudinem atque directionem commonstrat.

## *MAMMA.*

1520. Mamma muliebris, cujus glandulae per tubulos lactiferos cera viridi, rubra et lutea sunt impletae. Ex femina viginti aliquot annorum.

# SECTIO SECUNDA.

## EX HOMINIBUS.

## NON NATURALIA.

## *Cerebrum.*

1521. Dura mater, cum sinu falciformi et tentorio cerebelli, ubi fere in medio processus falciformis durae matris latere dextro concrementum osseum quatuor lineas longum, tres latum deprehenditur. Ex adulto melancholico quadraginta aliquot annorum. Plura lege in F. A. Walter *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 138. No. 271.

1522. Simile praeparatum, in quo concrementum osseum, cujus diameter unius lineae est, in latere sinistro processus falciformis animadvertitur. Ex furibundo quinquagenario. Plura lege l. c. Tom. I. pag. 138. No. 272.

1523. Simile praparatum, in quo concrementum osseum sex lineas longum, duas latum, in sinistro latere idque fere in

medio sinu falciformi durae matris videre licet. Ex virgine viginti aliquot annorum melancholica, aquae sponte submersa. Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 155. No. 308.

1524. Simile praeparatum, in quo duo concrementa ossea in superficie interna durae matris, quae haemispherium sinistrum tegit, inveniuntur. Ex melancholico quadragenario. Plura l. c. Tom. I. pag. 136. No. 269.

1525. Simile praeparatum, in quo plura concrementa ossea tam in sinistro quam dextro processus falciformis latere apparent, quorum maximum dimidium pollicem longum et quatuor lineas latum est. Ex viro valde furioso quadraginta aliquot annorum. Plura l. c. Tom. I. pag. 137. No. 270.

1526. Simile praeparatum, in quo plura concrementa ossea, praeprimis duo in extrema anteriore et posteriore processus falciformis parte observantur, quorum unum pollicem cum dimidio longum, dimidium vero latum est. Ex viro furioso.

1527. Simile praeparatum, in cujus sinu falciformi plura deprehenduntur concrementa ossea variae magnitudinis. Ex viro valde furioso quinquaginta aliquot annorum. Plura lege l. c. Tom. I. pag. 138. No. 273.

1528. Dura mater, e viro furioso quadraginta aliquot annorum. In utroque sinus falciformis latere multa concrementa ossea deprehenduntur. Plura l. c. Tom. I. pag. 139. No. 274.

## *V I S U S.*

1529. Portio ossium cranii et faciei, scilicet portio sinistra ossis frontis, os maxillare superius, nasi, lacrymale, apophysis orbitaria ossis palati, sinistra pars ossis ethmoidei cum parte perpendiculari et vomere, tandem ala magna ossis sphaenoidei cum osse zygomatico, et parte squamosa ossis temporum; oculus cum nervo optico in situ naturali relictus. In hoc praeparato notandus est lapillus nuclei cerasorum magnitudine, nervo optico incumbens. E quinquagenaria, mente capta et furiosa, quae spectra horrenda se videre, dum misera vivebat, sibi videbatur. Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 156. No. 310.

## *CUTIS. UNGUES. PILI.*

1530. Cutis pedis sinistri cum digitis. Pollex et digitus quintus situm habent plane non naturalem, perfecte enim supra dorsum pedis sunt reclinati. Ex adulto.

1531. Cutis pedis sinistri lateris, in quo ungues praeter naturam longi atque instar uncorum recurvati cernuntur. Ex quinquagenario, podagra vehementissime excruciato. Praeterea materiam calcariam albam, primae phalangis articulationem obducentem, cernimus.

1532. Cranii cutis cum plica polonica. Ex Polonica adulta.

## *PLEURA.*

1533. Quinta, sexta, septima et octava vertebra dorsi, cum costis sinistri lateris, portio pleurae, cui incumbit concrementum osseum sex pollices longum, sursum usque ad quintam costam pollicem unum et quatuor lineas, ubi vero costas tegit, decem lineas latum. Crassitiei est diversae, mox trium, mox duarum linearum. Ex adulta. Plura in *Observationibus meis anatomicis;* ubi delineationem videmus Tab. VII. Fig. VI.

## *LARYNX. GLANDULA THYREOIDEA.*

1534. Os hyoideum, cartilagines laryngis et superior pars arteriae asperae. A medio margine inferiore corporis ossis hyoidei processus osseus ad angulum cartilaginis thyreoideae excurrit, qui os hyoideum aeque ac cartilaginem thyreoideam immobilem reddidit. Ex adulto.

1535. Lingua, os hyoideum, larynx, arteria aspera cum bronchis suis, glandula thyreoidea in sinistro latere in concrementum osseum mutata. E sexagenaria. Plura vide in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 157. no. 312.

1535. *a.* Caput cujus cranium ut 1117. sectum. Hinc processus durae matris immutati cernuntur. Vertebrae colli, quatuor vertebrae superiores dorsi cum costis; oculi in cavitate orbitaria relicti; aures externae capiti adhaerent; alae narium,

superante obsita cernitur. In arteria poplitea, secundum longitudinem aperta, observatur foramen, per quod patet via ex arteria in cellulosam circumjacentem. Ex viro.

## *HEPAR.*

1543. *a.* Receptaculum membranaceum in medio hepate viri quadragenarii repertum. Figuram habet fere globiformem; diameter major quatuordecim pollices, minor undecim complectitur; praeter lamellas, (vide 695.) adhuc tres libras lymphae coagulabilis, clarae, albae, pellucidae continebat. Ab hepate venae cavae inferiori adpresso, haec in thorace rupta est, quo factum, ut miser extingueretur. Hepar, praeterquam quod mole auctum erat, cum omnibus thoracis et abdominis visceribus sanum videbatur; imo bilis naturalis apparuit.

1543. Portio lobi dextri hepatis cum vesica fellea, in cujus margine anteriore seu acuto, in ipsa substantia hepatis calculus quatuordecim lineas longus et sex crassus deprehenditur. Ex viro quadraginta aliquot annorum. Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 141. No. 282.

1544. Simile praeparatum 1543. Margini anteriori hepatis, supra fundum vesicae felleae, calculus hepaticus figurae rotundae inhaeret, cujus diameter pollicem dimidium aequat. Ex femina quadraginta aliquot annorum. Vesica fellea non-

nullos calculos continet. Plura lege in F. A. WALTER *Deſcriptione muſei mei*, Tom. I. pag. 158. No. 315.

1545. Columna vertebralis, os sacrum, coccygis, oſſa innominata, utrumque femoris cum musculis, viscera thoracis, diaphragma, viscera abdominis, vasa umbilicalia exarata, cum portione funiculi umbilicalis; utriusque femoris musculi antrorsum poſiti elaborati sunt. Arteriae rubro et per anaſtomosin venae eodem colore tinctae. Ex infante recenter nato. In hoc praeparato rarius illud observare licet, duas exiſtere venas umbilicales. Plura vide in *Obſervationibus meis anatomicis*. Berolini 1775. Tab. V. Fig. II.

## *VESICA FELLEA.*

1546. Vesica fellea multos continens calculos. Ex viro quinquaginta aliquot annorum. Plura lege in *Deſcriptione muſei mei*, Tom. I. p. 99. No. 164.

1547. Vesica fellea permultos continens calculos. Ex viro quinquaginta aliquot annorum. Vide l. c. Tom. I. pag. 98. No. 162.

1548. Vesica fellea permultos complectens calculos. Ex quadragenario. Vide l. c. Tom. I. pag. 98. No. 160.

1549. Vesica fellea cum ductu cyſtico et portione ductus hepatici nonnullos calculos continens. E femina triginta annorum.

1550. Vesica fellea, continens calculum fere rotundum, cujus diameter pollicem dimidium aequat. Ex viro triginta aliquot

buccae et labia expanſa; muſculi faciales bene exarati; lingua, pharynx cum conſtrictoribus ſuis, os hyoideúm cum muſculis ſuis, larynx cum arteria aſpera, muſculi linguae et oſſis hyoidei, glandula thyreoidea in ſtrumam commutata, quae in tantam magnitudinem excrevit, ut infra os ſterni uſque ad tertiam coſtam deſcendat; vena cava ſuperior cum venis capitis et colli, arteriae carotides cum omnibus ramis capitis et colli, arteriae ſubclaviae uſque ad brachium cum ramis ſuis, bene exaratae. Arteriae rubra, venae viridi cera ſaturatae. Ex femina ſeptuaginta aliquot annorum.

## *OESOPHAGUS. COR. VASA.*

1536. Os hyoideum, larynx cum arteria aſpera, pharynx cum oeſophago quatuor pollices ſupra cardiam praeter naturam anguſtato, et in cujus ſuperficie interna, undecim lineas infra hanc anguſtationem, concrementum oſſeum unum et dimidium pollicem longum, decem lineas latum haeret. E quinquagenario. Plura in F. A. WALTER *Deſcriptione muſei mei*, Tom. I. pag. 140. No. 278.

1537. Cor, aorta cum ramis ſuis, funiculus umbilicalis, ex monſtro bicorporeo 1628. quod deſcriptum atque delineatum videmus in *Obſervationibus anatomicis meis*, Tab. I. II. III.

1538. Arcus aortae oſſificatus. Ex ſexagenario. Plura lege in F. A. WALTER *Deſcript. muſei mei*, Tom. I. p. 143. No. 287.

1539. Arcus aortae cum truncis ramorum ex eo prosilientibus, usque ad septimam vertebram dorsi secundum longitudinem sectus. Multis atque praegrandibus lamellis osseis interna aortae superficies ita obducta est, ut fere plane ossificata appareat. Ex quinquagenario. Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 143. No. 288.

1540. Columna spinalis cum extremitatibus posterioribus costarum vertebris dorsi adhaerentibus, arcus aortae cum ipsa arteria aorta usque ad quartam lumborum vertebram cera rubra impleta, quae a quinta usque ad undecimam vertebram dorsi in ingentem saccum anevrismaticum mutata est, qui a septima dorsi vertebra ad secundam dorsi vertebram, anterius in cavo abdominis posterius in dorso protuberat. Ex viro triginta annorum. Delineatio hujus praeparati exstat in *Nouveaux mémoires de l'académie de Berlin*, *année* 1785; et plenior explicatio in supra allegata *Descriptione etc.* Tom. II. pag. 113. No. 560.

1541. Extremitas inferior ossis femoris cum patella et ligamento capsulari, et extremitas superior tibiae et fibulae. Arteriae politeae ingens anevrisma observatur, idem nempe, quod in *Observationibus meis anatomicis* Tab. VIII. descriptum et depictum exstat. Ex viro.

1542. Arteria poplitea cum arteria tibiali antica, postica et peronea, insigni anevrismate, magnitudinem pugni virilis

annorum. Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 98. No. 166.

1551. Vesica fellea aëre inflata, duos calculos continens. Ex viro triginta aliquot annorum. Vide l. c. Tom. I. pag. 99. No. 163.

1552. Vesica fellea aëre inflata, permultos continens calculos. Ex viro quinquaginta aliquot annorum. Vide l. c. Tom. I. pag. 98. No. 161.

1553. Vesica fellea cum ductu cystico aëre inflata, multos minores calculos complectens. Ex viro triginta aliquot annorum. Vide l. c. Tom. I. pag. 99. No. 165.

1554. Ingens vesica fellea secundum longitudinem secta cum ductu cystico, cujus cervici calculus magnitudine nucis moschatae inhaeret. E viro quadraginta aliquot annorum. Vide l. c. Tom. I. pag. 99. No. 167.

1555. Vesica fellea unum complectens calculum. Ex femina quadraginta aliquot annorum. Vide l. c. Tom. I. pag. 115. No. 214.

1556. 1556. *a*. Praegrandis vesica fellea cum calculis, repleta fuit liquido saccharo clarificato plane simili. Praeter hoc liquidum quinquaginta octo calculos haec vesica continuit variae figurae; maximus est magnitudine nucis juglandis minoris. Calculi pertinent ad eos, qui corticati appellantur, quorum centrum massa splendente est ornatum; massa inter-

media alba, et cortex margaritae instar splendet; calculi, qui in fluido saccharo clarificato simili observantur, rarissimi sunt. Hi calculi sunt pondere sex drachmarum et granorum quadraginta unius. Ex quadragenaria. Hepar fuit sanum.

1557. Vesica fellea insolitae magnitudinis multos calculos felleos continens. Ex adulto.

1558. Portio intestini duodeni cum ductu cholodocho, cystico et vesica fellea, unum calculum continente. Ex viro triginta aliquot annorum. Vide F. A. WALTER *Descriptionem musei mei*, Tom. I. pag. 101. No. 170.

1559. Simile praeparatum 1558. Ductus cysticus, cui permulti calculi inhaerent, prope cervicem vesicae felleae ita est dilatatus, ut diameter ejusdem ultra dimidium pollicem aequet. Etiam ipsa vesica fellea continet nonnullos calculos. Ex femina quadraginta aliquot annorum. Vide l. c. Tom. I. pag. 116. No. 219.

1560. Intestinum duodenum cum ductu cholodocho duos calculos continente; ductus hepaticus, ductus cysticus cum vesica fellea multos calculos includente. Ex viro quinquaginta aliquot annorum. Vide l. c. Tom. I. pag. 100. No. 168.

1561. Portio intestini duodeni cum ductu cholodocho, portio ductus hepatici, ductus cysticus cum vesica fellea calculis ita repleta, ut quasi massa solida appareat. Ex femina triginta aliquot annorum. Vide l. c. Tom. I. pag. 116. No. 220.

1562. Portio intestini duodeni cum ductu cholodocho, ductu hepatico, ductu cystico et vesica fellea, ita calculis repleta, ut tota vesica quasi indurata appareat. Ex femina quinquaginta aliquot annorum. Vide F. A. Walter *Descriptionem musei mei*, Tom. I. pag. 117. No. 221.

1563. Vesica fellea calculis tam arcte repleta, ut in os mutata appareat. Ex femina quadraginta aliquot annorum. Vide l. c. Tom. I. pag. 115. No. 216.

1564. Vesica fellea calculis ita repleta, ut in os mutata appareat. Ex femina triginta aliquot annorum. Vide l. c. Tom. I. pag. 115. No. 217.

1565. Simile praeparatum 1560. Vesica fellea valde contracta et multos continens calculos; ductus cysticus eandem habens magnitudinem, quam vesicula fellea; ductus hepaticus et ductus cholodochus ita dilatati sunt, ut unum pollicem et lineam unam capiant, et calculum complectantur. Ductui cholodocho inhaeret calculus, cujus diameter pollicem fere aequat. Ex viro triginta aliquot annorum. Vide l. c. Tom. I. pag. 100. No. 169.

1566. Portio intestini duodeni, ductus hepaticus cum ductu cholodocho ita dilatatus, ut eorum diameter fere integrum pollicem aequet. Ante ingressum ductus cholodochi intestino duodeno calculum felleum inhaerere videmus, ex quo patet, hunc in hepate, nec vero in vesica fellea generatum

esse. Ductus cysticus cum vesica fellea ultra dimidium pedem longus est. E femina quadraginta aliquot annorum. Plura in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 118. No. 224.

1567. Intestinum duodenum, ductus cholodochus, ductus hepaticus, ex hepate exaratus, cujus diameter pollicem aequat, qui continet calculum magnitudinis nucis avellanae. In radicibus ductus hepatici multi calculi hepatici minores inveniuntur. Ductus cysticus paululum est distentus et vesica fellea plures calculos continet. Ex viro quadraginta aliquot annorum. Vide l. c. Tom. I. pag. 101. No. 171.

1568. Vesica fellea magnitudine aucta, plures continens calculos; ductus cysticus solitae est amplitudinis, ductus vero hepaticus insigniter capacitate est auctus, et in eodem, ut in origine ductus cholodochi, plures deprehenduntur calculi, modo majores, modo minores. Ex femina triginta annorum. Plura l. c. Tom. I. pag. 117. No. 222.

1569. Duo rami hepatici in ductum hepaticum confluentes, multis atque magnis calculis hepaticis repleti et ad pollicis magnitudinem extensi. Ex viro triginta quatuor annorum.

1570. Portio lobi dextri hepatis, in cujus fossa vesica fellea deprehenditur, cujus membranae sunt ossificatae. Collo vesicae felleae calculus magnitudine nuclei cerasorum inest. Ex homine quadraginta aliquot annorum.

1571. Praegrandis vesica fellea cum ductu cystico, septem pollices longa, tres pollices et tres lineas ampla. Ex adulto.

## *VENTRICULUS.*

1572. Ventriculus cum duodeno aëre inflatus, in medio ita angustatus, ut in duos saccos divisus appareat. Ex viro triginta annorum.

1573. Ventriculus, intestinum duodenum aëre inflatum, omentum majus et lien. Arteriae cera rubra impletae et exaratae. Ventriculus medius angustatus et quasi in duo cava divisus. Ex femina.

## *INTESTINA.*

1574. Portio intestini jejuni aëre inflati; in uno loco angustatum observatur. Ex adulto. Arteriae rubra, vena portarum cera flava impleta.

1575. Simile praeparatum, in quo similis angustatio est notanda et eodem modo injectum, quo 1574. Arteriae et venae ad hanc portionem decurrentes sunt evolutae. Ex adulta morbo *miserere* dicto mortua.

1576. Portio intestini jejuni cum processu coeco. Ex quadragenario.

1577. Portio intestini jejuni cum eleganti processu coeco. Glandulae lymphaticae sunt induratae. Ex quinquagenario.

Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 140. No. 240.

1578. Portio intestini ilei, processum longum seu appendicem habens. Ex adulto.

1579. Portio intestini ilei cum processu coeco. Ex quadragenario.

1580. Portio intestini jejuni, cui adhaeret ingens processus coecus. Ex infante quinque annorum. Arteriae cera rubra sunt saturatae.

1581. Portio intestini coli, S romanum sic dicta, cum glandula lymphatica indurata, magnitudine nucis juglandis. Ex viro triginta aliquot annorum. Amplior descriptio exhibetur l. c. T. I. pag. 141. No. 281.

1582. 1583. Intestinum ileon, coecum, cui deficit processus vermiformis, colon et rectum cum orificio ani. Intestinum colon usque ad S romanum in conspicuam molem extensum, cujus diameter sex pollices aequat. Subito nunc colon tam anguste contrahitur, ut vix apicem digiti minimi admittat; infra hanc stricturam tota inferior pars S romani quidem magnitudine augetur, minime vero ad justam capacitatem reducitur; intestinum vero rectum justae est amplitudinis. Ex femina viginti aliquot annorum, quae morbo *miserere* dicto periit.

## *Hydatis.*

1584. Portio intestini ilei, cui adhaeret hydatis, h. e. saccus membranaceus, aëre distentus, figuram intestini coeci et magnitudinem ovis anserini referens, et cui inseritur processus vermiformis. Ex viro.

1585. 1586. Hydatides duae praegrandes aëre distentae, in cavo abdomine adulti hominis hydrope laborantis repertae et mesenterio pedunculi subtilis beneficio insitae, quae ambae liquido claro non coagulabili sine odore erant impletae. Harum maxima refert magnitudinem ventriculi hominis adulti.

## *Ren.*

1587. Tres vertebrae dorsi inferiores cum costis iis adhaerentibus, vertebrae lumborum, os sacrum et coccygis, arteria aorta et vena cava inferior ab undecima vertebra dorsi usque ad divisionem in iliacas. Ambo renes in corpore tertiae vertebrae lumborum ita se conjunxerunt, ut in unum confluxerint figurae semilunaris; ad quem excurrit superius in utroque latere arteria ex aorta nata; inferius, una ex mesenterica inferiore et altera supra angulum arteriarum iliacarum orta. Origo venarum renalium est naturalis; tandem ureteres, vesica urinaria, glandula prostata et isthmus. Ex adulto. Arteriae rubra, venae flava cera saturatae.

1588. Duae vertebrae inferiores dorsi cum costis, vertebrae lumborum, os sacrum, coccygis et innominatum sinistrum. Arteria aorta et vena cava inferior a diaphragmate usque ad divisionem in cruralem, cum truncis ramorum in hoc itinere provenientium; ambo renes, ureteres, vesica urinaria et tandem penis, adhuc ramo descendenti ossis ischii sinistri paululum adhaerens. In hoc praeparato annotare licet, renem sinistrum vertebris superioribus spuriis ossis sacri incumbere. Arteriae cera rubra, venae flava saturatae. Ren sinister accipit arterias suas a mesenterica et hypogastrica, venas ab hypogastrica; ureter sinister valde brevis. Ren dexter habet situm naturalem et vasa consueto modo accipit. Ex quadragenario.

1589. Tres vertebrae dorsi inferiores cum costis, vertebrae lumborum, os sacrum, atque innominatum dextrum. Arteria aorta et vena cava eodem modo, quo 1588. sunt exaratae. Renes cum glandulis suprarenalibus, ureteres, vesica urinaria, partes genitales externae et internae, intestinum rectum, perinaeum, anus. In hoc praeparato annotandum est, renem succenturiatum dextrum ad insolitam magnitudinem excrevisse. Inter millena, quae dissecui corpora, est hoc unicum exemplum, renem succenturiatum tantam habuisse magnitudinem. Ren ipse in eodem hoc latere quoque praeter naturam extensus apparet. Arteriae et venae sunt

eodem modo injectae quo 1588. Praeter venas renis succenturiati et renis ipsius, quas vena cava inferior mittit, ex spermatica interna, ad partes genitales migrante, oritur vena ingentis capacitatis, quae sursum ambulat ad renem succenturiatum. Ren sinister cum vasis suis naturaliter se habet. Ex femina triginta annorum.

1590. Ren pure ita consumtus, ut vesicae inflatae sit similis. Pelvis renalis est valde distenta, ureter solitae magnitudinis. Ex adulto.

1591. Ren pure exesus et tantae molis, ut instar vesicae magnitudine pugni virilis appareat. Ex adulto.

1592. Ren ex viro quadraginta annorum calculum continens, quique duas habet pelves, quarum una insigniter est dilatata; ex utraque nascitur ureter, qui spatio quatuor pollicum facto, denuo in unum confluunt ureterem. Vide F. A. WALTER *Descriptionem musei mei*, Tom. I. pag. 12. No. 12.

1593. Ren pure ita exesus, ut tamquam vesica appareat; pelvis renalis praegrandis est, et ureter ductu serpentinoso migrans tantus factus est, ut magnitudinem fere intestini jejuni aequet. Ex nobili quinquagenario.

1594. Pelvis renalis, cui inhaeret calculus pollicem et quatuor lineas longus, pollicem latus, septem lineas crassus. Ex homine viginti annorum. Plura l. c. Tom. I. pag. 12. No. 11.

# *VIRILIA.*

1595. Penis cum glandula prostata et ingenti vesica urinaria. Ex adulto.

1596. Vesica urinaria, calculum magnitudine nucis juglandis continens. Ex infante femina quatuor annorum. Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 79. No. 148.

1597. Penis, prostata, ureteres valde dilatati, vesica urinaria calculum magnitudine gallinacei ovi continens. Ex viro quadraginta aliquot annorum. Vide l. c. Tom. I. pag. 70. No. 135.

1598. Arteria aorta et vena cava inferior, pollicem infra vasa renalia abscissa, ureteres cum vesica urinaria et glandula prostata, arteria aorta plane fere ossificata. In venis vesicalibus deprehenduntur in dextro latere quatuor, in sinistro tres calculi magnitudine nuclei cerasorum; in ipsa vesica urinaria continentur sex calculi rotundi, quorum maximus diametrum habet unius pollicis, reliqui paulo sunt minores; tandem vesica urinaria diversis locis herniosa facta. Ex viro triginta sex annorum. Amplior descriptio exhibetur l. c. Tom. I. pag. 69. No. 134.

1599. Penis cum cute illum tegente, portio cutis montis Veneris, glandula prostata, vesica urinaria et extremitas inferior

ureterum. E quadragenario. Vesica urinaria multas divisa est in cellulas, quae includunt calculum magnitudinis pomi Borstorfiani, tali modo cum vesica urinaria concretum. Historiam atque figuram hujus calculi descripsit filius meus in tractatu germanico: *Einige Krankheiten der Nieren und Harnblase. Berlin* 1800. Tab. VII.

1600. Funiculus spermaticus et testis, cujus membrana vaginalis, dum homo vixit, aqua, nunc vero aëre distenta atque in magnam bullam est mutata. Ex quadragenario.

1601. Tunica vaginalis testiculi testiculum ipsum adhuc includens, ab aqua in ea collecta, magnitudinem vesicae urinariae hominis adulti referens. Ex viro quadraginta trium annorum.

1602. Funiculus spermaticus et testis membrana sua vaginali adhuc inclusus. Intra membranam vaginalem testis observatur calculus magnitudinis nuclei cerasini. Ex viro quadraginta annorum. Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. pag. 142. No. 284.

## *HERNIAE.*

### *EX VIRIS.*

1603. Penis, vesica urinaria et urachus. Rarissima est observatio, praegrandem adesse urachi herniam. Ex puero duodecim annnorum. Hujus praeparati delineationem inveni-

mus in supra poſito tractatu filii mei: *Einige Krankheiten der Nieren und Harnblaſe.* Tab. IX.

1604. Veſica urinaria viri triginta aliquot annorum; in hac obſervamus duas hernias: prima ſupra ureteris ſiniſtri in veſicam ingreſſum ſaccum rotundum format, cujus diameter quatuor pollices aequat; altera in urachum excurrit. Delineationem videmus in tractatu filii mei ſupra allegato, Tab. XIII.

1605. Os innominatum dextrum, penis, inferior muſculorum abdominalium pars, adductores et flexores femoris; arteria cruralis cera rubra, vena cera viridi repletae et muſculis adductoribus incumbentes; ingens ſaccus hernioſus inguinalis vaſis rubris pictus. Structurae hernioſae et vaſorum ſitus demonſtrationi hoc praeparatum inſervit. Ex adulto.

1606. Annulus abdominalis, hernia inguinalis et tunica vaginalis teſticuli, hunc adhuc includens, aëre inflata et in ingentem ſaccum mutata, ut in hoc praeparato hernia atque hydrocele ſimul obſervetur. Ex adulto.

1607. Cutis montis Veneris, penis, ſcrotum a duobus ingentibus ſaccis hernioſis ita eſt dilatatum, ut capitis virilis majoris magnitudinem referat. In ipſo ſcroto deprehenduntur dilatati ſacci hernioſi et ſeptum ſcroti, duos ſaccos ſeparans; arteriae cutis cera rubra repletae. Ex ſexagenario.

Sacci hernioſi in hoc et reliquis praeparatis ſingulari artificio atque elegantia dilatati.

1608. Scrotum cum penis cute, cum annulo abdominali et productione peritonaei, in utroque latere, in saccum herniosum commutatum; in dextro latere hernia congenita, in sinistro vero ordinaria observatur. E viro octoginta aliquot annorum.

*E X F E M I N I S.*

1609. Hernia abdominalis praegrandis, i. e. herniosa dilatatio inter duos rectos abdominis magnitudine capitis adulti. Annulus umbilicalis nullo modo est mutatus, musculi descendentes, adscendentes, transversi et recti abdominis rite sunt praeparati. E femina.

1610. Similis hernia abdominalis adhuc major, quam antecedens. Praeparatum ita est constructum: os sterni, in quolibet latere octo inferiores costae, ossa innominata, os sacrum cum osse coccygis, in utroque latere musculi abdominales ex lege praeparati, et sic videmus saccum herniosum magnitudine fere capitis adulti inter duos rectos musculos protuberantem; umbilicus perfecte naturalis est. E femina triginta quatuor annorum.

1611. Pelvis cum ligamentis suis, inferior musculorum abdominalium pars, musculi flexores et adductores femoris, quibus incumbunt arteria cruralis cera rubra, et vena cruralis viridi expletae. Ingens saccus herniosus cruralis in dextro latere observatur. Ex femina quinquagenaria.

1612. Tres inferiores lumborum vertebrae, pelvis cum ligamentis suis, musculus descendens, adscendens, transversus et rectus abdominis dextri lateris cum annulo abdominali. Sub crure longo seu externo musculi descendentis, descendit peritonaeum in insignem saccum herniosum mutatum. Ex adulta.

1613. Tertia, quarta et quinta vertebra lumborum, pelvis cum ligamentis suis. Intestinum rectum, vesica urinaria, partes genitales, cutis montis Veneris, perinaei et partis lateralis femorum, musculi abdominales, ossibus pelvis adhaerentes. In latere dextro hernia cruralis cernitur. E femina.

1614. Praeparatum constructum, ut 1613. In utroque latere hernia inguinalis observatur. E femina quadraginta aliquot annorum.

## *MULIEBRIA.*

1615. Tuba uteri, dum vivebat femina, aqua, post mortem aëre distenta.

1616. Partes genitales externae et internae, intestinum rectum, vesica urinaria, cutis montis Veneris, perinaei, anus. In ovario dextro ingens steatoma cernitur. Ex virgine triginta annorum.

1617. Partes genitales junctae cum intestino recto et vesica urinaria. E femina quinquagenaria. In utero septem numerantur calculi, quorum tres in anteriore uteri superficie, quatuor in

facie posteriore haerent. Omnes fere sunt rotundi et diversae magnitudinis, maximus enim eorum habet diametrum decem linearum, minimus quatuor. Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei.* Tom. I. pag. 159. No. 319.

1618. Simile praeparatum. In facie posteriore uteri numerantur calculi quinque, quorum maximus quatuor lineas est crassus. Ex femina quadraginta aliquot annorum. Vide l. c. Tom. I. pag. 160. No. 321.

1619. Simile praeparatum. Calculus in facie anteriore uteri conspicitur figurae rotundae, diametro pollicis et decem linearum, unde uterus valde compressus est. Ex femina quinquaginta aliquot annorum. Plura l. c. Tom. I. pag. 159. No. 320.

1620. Simile praeparatum, in quo tres numerantur calculi. Maximus superiori uteri margini adhaeret, pollicem unum longus, et decem lineas crassus; secundus minor in margine laterali uteri sedem habet, cujus diameter decem lineas aequat; tertius minimus, posteriorem uteri superficiem obtegens, octo lineas crassus est. Maximus elegantissimis asperitatibus ornatus. E femina quadraginta aliquot annorum. Vide l. c. Tom. I. pag. 160. No. 322.

1621. Simile praeparatum. In anteriore uteri superficie ingentem calculum videmus figurae rotundae; diameter ejus duos pollices et duas lineas aequat. E femina quadraginta aliquot annorum. Plura l. c. Tom. I. pag. 160. No. 323.

1622. Tota columna spinalis una cum posterioribus costarum extremitatibus vertebris dorsi adhaerentibus, pelvis, portio inferior musculorum abdominalium pelvi adhaerentium, cutis perinaei, montis Veneris, partis lateralis ſemorum, intestinum rectum, partes genitales internae et externae, vesica urinaria. Insignis observatur prolapsus vaginae et vesicae urinariae, quae, dum vivebat misera, capitis virilis magnitudinem referebat. Ex ſemina gibbosa quadraginta quatuor annorum. Columna spinalis valde contorta, figuram S romani repraesentat.

## *M O N S T R A.*

1623. Sceleton infantis monstrosi trium mensium post partum. Conspicua portio processus dentalis ossis maxillaris superioris sinistri, amborum ossium maxillarium superiorum processus palatinus, ut et ossa palatina deficiunt. Vomer, quem solet situm tenet. Labium superius erat valde fissum, hinc suctus valde, dum vivebat, ſuit difficilis, et lac non nisi summa difficultate infans deglutire potuit.

1624. Monstrum totum exsiccatum, videtur septem mensium sexus potioris, praegrandem in cervice saccum gerens, ad quem propter male conformatum os occipitis aditus cerebri patet, aliquam ejusdem portionem continens. Pes sinister deficit.

1625. Monstrum masculum secundae speciei totum exsiccatum. Maxima pars ossium bregmatis, ossis frontis et occipitis deficit, et cutis claudit cranium; ad latus sinistrum cranii, cutis prolongatur, efformans saccum cerebrum continentem.

1626. Cutis erioxylo impleta infantis monstrosi secundae speciei, duos post partum dies emortui. Loco ossium bregmatis et partis superioris ossis frontis praegrandem saccum, a dura matre et cute externa cranii factum atque capitis infantis maturi magnitudinem superantem, observamus, in quo totum cerebrum (vide 633.), fuit contentum. Cutis vasis rubris fulget et perfecte naturalem totius corporis figuram repraesentat.

1627. Sceleton infantis monstrosi 1626, cujus ligamenta et ossa cera rubra injecta fulgent.

1628. Sceleton infantis monstrosi duobus capitibus, duobus thoracibus in processu ensiformi ossis sterni concretis, quatuor manibus, una pelvi, cui vero tria ossa innominata sunt, duo scilicet lateralia et unum posterius, tandemque tribus pedibus; in uno vero pede et quidem in posito retrorsum octo sunt digiti. Hoc praeparatum in *Observationibus meis anatomicis*, Berolini 1775. editis Tab. III. descripsi. Sceleton vasis cera rubra impletis fulget.

1629. Integra cutis monstri 1628, erioxylo effarcta; figuram naturalem plane refert. Arteriae rubra cera superbiunt.

1630. Sceleton foetus monstrosi primae speciei septem mensium, in quo maxima pars ossis frontis et occipitis et ossa parietalia plenarie deficiunt. In latere dextro prima, secunda et tertia costa; in sinistro latere prima et secunda costa per succum osseum cohaerent.

1631. Simile monstrum octo mensium.

1632. Sceleton infantis monstrosi primae speciei legitimo termino nati. Observatur in hoc monstro spina bifida a tertia vertebra lumborum initium capiens et in apice ossis coccygis terminata.

1633. Sceleton infantis monstrosi legitimo termino nati, cujus pelvis cum vertebris lumborum et os sacrum male sunt conformata; nempe secunda, tertia, quarta et quinta vertebra lumborum, ut in spina bifida accidere solet, distentae atque extenuatae sunt; os sacrum a dextris sinistra versus oblique haeret, os ileum sinistrum cum osse ischii et pubis solito minus et his respondet extremitas inferior sinistra eodem modo extenuata, ut hae partes sinistri lateris, quam dextri sint tenuiores; ossa pubis a se invicem longo intervallo distantia ligamenti membranacei ope cohaerent.

1634. Sceleton foetus monstrosi septem mensium cum quatuor extremitatibus superioribus et totidem inferioribus, duobus thoracibus, duobus ossibus sterni, duobus collis, dorsis et pelvibus, uno capite ex multis variae figurae et magnitudinis

ossibus composito. Corpora sibi sunt obversa, facies vero antrorsum est versa.

1635. Sceleton infantis monstrosi legitimo tempore nati cum duobus capitibus, duobus collis et dorsis, quae duodecim processibus spinosis in dorso uniuntur; vertebrae lumbares in unum os sacrum confluunt. Thorax est unus, in quo medio os sterni est collocatum. In dextro latere duodecim, in sinistro undecim numerantur costae, duae extremitates superiores, una pelvis, et duae extremitates inferiores.

1636. Sceleton duorum infantium gemellorum legitimo tempore natorum cum quatuor extremitatibus superioribus et totidem inferioribus; quilibet infans suum habet collum, caput, dorsum et pelvim. Pectora infantum ita sunt concreta, ut facies sibi sint oppositae.

1637. Sceleton monstri embryonis quinque mensium. Uterque pes deficit; spinam habet bifidam a secunda vertebra lumborum usque ad os coccygis extensam.

1638. Infans monstrosus capitis loco parvum processum osseum habens; in sinistro latere deficit extremitas superior; in dextro portio claviculae et scapulae observatur; ceterum thorax, abdomen et externae partes inferiores male conformatae. Est hoc monstrum, quod beatus BÜTTNERUS in Observationibus suis anatomicis germanice conscriptis: *anatomische Wahrnehmungen, mit Kupfern, Königsberg und Leipzig,*

1768, pag. 188. descripsit et quod a piae memoriae viro in sceleton permutatum.

1639. Sceleton foetus monstrosi septem circiter mensium, cui pes cum parte inferiore cruris dextri deficit.

1640. Sceleton infantis monstrosi gemelli, cujus soror huic plane similis in spiritu vini, 818, servatur, ubi plenior ejus descriptio legenda.

1641. Quatuor vertebrae lumborum et pelvis, ex infante suo tempore in lucem edito. Spina bifida insignis hic observatur, quae ab ultima vertebra lumborum incipit et in fine ossis coccygis terminatur; tandem os ischii dextrum deficit.

1642. Manus exsiccata adulti cum sex digitis.

## *HYDROCEPHALUS.*

### *CAPITA.*

1643. Caput osseum infantis hydrocephalici novem mensium, in quo maxilla superior et ossa palatina propter penuriam succi ossei a se invicem distant; praeterea ossa bregmatis et os occipitis singularem habent figuram; qua hoc caput ab omnibus reliquis hydrocephalicis distinguitur.

1644. Caput osseum infantis hydrocephalici recenter nati. Utraque cavitas orbitaria admodum parva, praecipue sinistra minor dextra et fere clausa apparet; tandem nasus et cavum

oris valde sunt imperfecta, nimirum pars media processus dentalis utriusque maxillae superioris, processus palatinus in utraque maxilla, conchae et vomer, deficiunt.

1645. Cutis capitis ejusdem infantis hydrocephalici, 1644.

1646. Caput osseum praegrande hydrocephalicum. Ex infante anni unius et dimidii. Capitis diameter major septem pollices et octo lineas, minor vero octo pollices et octo lineas complectitur.

1647. Cranium, h. e. sectio horizontalis ab arcubus supraciliaribus ossis frontis usque ad protuberantiam ossis occipitis internam facta. Ex puella hydrocephalica novem annorum. Dimensiones hujus cranii sunt: Diameter ab osse frontis usque ad os occipitis septem pollices parisinos, diameter inter ossa bregmatis sex pollices aequat.

1648. Caput osseum hydrocephalicum viri triginta aliquot annorum. Multa similia habet cum capite hydrocephalico infantis 1643. Nimirum ossa bregmatis et suprema pars ossis frontis singularem referunt formam et tuber efformant insolitum.

## *S C E L E T A.*

1649. Sceleton infantis hydrocephalici octo post conceptionem mensium. Arteriae rubra cera sunt saturatae, unde et ossa colorem rubrum obtinuerunt.

1650. Sceleton infantis hydrocephalici recenter nati. Arteriae rubra cera impletae, unde et ossa rubent.

In 1649 et 1650 dura mater in situ naturali observatur, vasis coloratis superbiens

1651. Sceleton infantis hydrocephalici legitimo termino nati.

1652. Infans maturus hydrocephalicus singularem habens figuram: caput, et quod notatu dignissimum est, ossa bregmatis et temporum jam ossi occipitis succi ossei beneficio sunt juncta.

1653. Sceleton infantis maturi hydrocephalici cum ingente spina bifida a nona vertebra dorsi incipiente atque in fine ossis coccygis desinente. Undecim costae in dextro et duodecim in sinistro latere observantur. Pes dexter valde introrsum est curvatus.

1654. Sceleton hydrocephalici infantis legitimo tempore nati cum ingenti capite. Diameter major septem pollices et tres lineas; minor vero sex pollices atque septem lineas complectitur.

1655. Sceleton infantis hydrocephalici trium annorum. Trunci vasorum ad caput, truncum, extremitates superiores et inferiores migrantium sunt exarati. Cor in pectore adhuc reconditum est. Arteriae rubra, venae viridi cera tinctae, in duram matrem ludentes, elegantissimum exhibent spectaculum. Excellens specimen.

1656. Cutis cranii, cujus arteriae rubra, venae viridi cera impletae. Ex eodem infante hydrocephalico 1655.

1657. Sceleton virginis triginta annorum, octo mensium et octo dierum cum ingenti hydrocephalo. Historiam et delineationem hujus originis dedit beatus BÜTTNER in tractatu germanico: *Beschreibung des innern Wasserkopfs. Königsberg*, 1773. Ex delineatione patet, caput hydrocephalicum horrendam retulisse figuram, cujus diameter undecim pollices et quatuor lineas aequat.

In *Praelectione academica Berolinensi*, nondum impressa, *de Hydrocephalo*, filius meus haec specimina explicavit.

## *PESSARIA.*

Sunt diversae figurae et variae massae. Per longam in vagina remoram, tandem materia quadam terrestri obducta, incrustata observantur. Post mortem e vagina feminarum desumta, quae vivae prolapsu vaginae laborarunt.

1658. Globus ex lino confectus, cera obductus diametro trium pollicum. Ex femina quadraginta aliquot annorum. Superficies externa praecipue crusta terrestri, duas lineas crassa, obducta apparet. Vagina valde dilatata atque callosa fuit.

1658. *a*. Globus ligneus diametro duorum pollicum et quatuor linearum. E femina quinquaginta aliquot annorum.

1658. *b.* Similis globus diametro duorum pollicum et sex linearum. E femina quinquaginta aliquot annorum.

1658. *c.* Pessarium ex subere confectum ceraque obductum figurae oviformis compressae, tres pollices, novem lineas longum, duos pollices octo lineas latum. Ex femina quinquaginta aliquot annorum.

1658. *d.* Annulus ligneus linteo involutus atque cera obductus, diametro duos pollices novemque lineas aequante. Ex virgine sexaginta annorum, quae hoc pro pessario per viginti aliquot annos usa est.

1659. Annulus ferreus cera obductus, diametro trium pollicum et duarum linearum. E femina quinquaginta aliquot annorum.

1659. *a.* Annulus ligneus cera obductus, diametro trium linearum. E femina quinquaginta aliquot annorum.

1659. *b.* Similis annulus diametro trium pollicum, duarum linearum. E femina quadraginta aliquot annorum.

1659. *c.* Similis, diametro tres pollices complectente. E femina quadraginta aliquot annorum.

1659. *d.* Annulus ligneus paulum ovalis cera obductus, quatuor pollices longus, tres pollices et tres lineas latus. E femina quadraginta aliquot annorum.

# *PELVIS MULIEBRIS.*

Ultima vertebra lumborum, os sacrum, coccygis et ossa innominata per ligamenta naturalia cohaerentia, sub qua ossium compage pelvim comprehendo. In omnibus dimensionibus pelvium, pes Parisinus est adhibitus.

## *VIRGINEA.*

1660. Pelvis virginis quatuordecim annorum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 3 Pollices | 11 Lineas. |
| | | ——— minor . . | 4 ——— | 0 ——— |
| | inferioris | diameter major . . | 3 ——— | $1\frac{1}{4}$ ——— |
| | | ——— minor . . | 2 ——— | $5\frac{1}{2}$ ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 3 ——— | 11 ——— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . | | | 0 ——— | $9\frac{1}{2}$ ——— |

Arteriae pelvis cera rubra, venae viridi impletae et exaratae sunt.

1661. Pelvis virginis viginti annorum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 4 Pollices | 10 Lineas. |
| | | ——— minor . . | 4 ——— | 0 ——— |
| | inferioris | diameter major . . | 3 ——— | 5 ——— |
| | | ——— minor . . | 3 ——— | 2 ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 3 ——— | $6\frac{1}{2}$ ——— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . | | | 1 ——— | 2 ——— |

Arteriae rubra, venae viridi cera expletae sunt.

1662. Pelvis virginis viginti quatuor annorum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 5 Pollices | 4 Lineas. |
| | | —— minor . . | 4 —— | 6½ —— |
| | inferioris | diameter major . . | 4 —— | 7 —— |
| | | —— minor . . | 3 —— | 3 —— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 4 —— | 5 —— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . . | | | 0 —— | 11 —— |

Arteriae cera rubra, venae viridi impletae sunt.

## *P U E R P E R A E.*

1663. Pelvis puerperae triginta annorum. Os coccygis reclinatum est.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 5 Pollices | 0 Lineas. |
| | | —— minor . . | 4 —— | 2 —— |
| | inferioris | diameter major . . | 4 —— | 7 —— |
| | | —— minor . . | 4 —— | 2 —— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 4 —— | 2 —— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . . | | | 1 —— | 1 —— |

Arteriae cera rubra, venae viridi infarctae.

1664. Pelvis puerperae triginta quatuor annorum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 4 Pollices | 7½ Lineas. |
| | | —— minor . . | 4 —— | 2 —— |
| | inferioris | diameter major . . | 4 —— | 1 —— |
| | | —— minor . . | 3 —— | 0 —— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 3 —— | 9 —— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . . | | | 1 —— | 0 —— |

Arteriae cera rubra, venae viridi impletae.

1665. Pelvis puerperae annorum viginti unius.

| | | | Pollices | Lineas |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major | 4 | $10\frac{3}{4}$ |
| | | minor | 3 | 0 |
| | inferioris | diameter major | 4 | 4 |
| | | minor | 2 | 9 |
| Distantia spinarum ossium ischii | | | 3 | $7\frac{1}{2}$ |
| Curvatura ossis sacri | | | 0 | $9\frac{1}{2}$ |

Arteriae cera rubra, venae flava repletae.

## *BENE CONFORMATA.*

1666. Pelvis feminae viginti sex annorum. Os coccygis demtum. Diametri et axes filis metallicis varii coloris distincti et methodo BANGII, in aureo ejus Opusculo *de mechanismo partus* praescripto, determinati. Praelectionibus inservit.

| | | | Pollices | Lineas |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major | 5 | $6\frac{1}{2}$ |
| | | minor | 4 | 5 |
| | inferioris | diameter major | 4 | 3 |
| | | minor | 4 | 3 |
| Distantia spinarum ossium ischii | | | 4 | 2 |
| Curvatura ossis sacri | | | 0 | $10\frac{1}{2}$ |

1667. Pelvis feminae viginti octo annorum.

| | | | Pollices | Lineas |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major | 5 | $4\frac{1}{2}$ |
| | | minor | 4 | 1 |
| | inferioris | diameter major | 4 | 2 |
| | | minor | 4 | 4 |
| Distantia spinarum ossium ischii | | | 4 | 8 |
| Curvatura ossis sacri | | | 1 | $4\frac{1}{2}$ |

1668. Pelvis feminae triginta quatuor annorum.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 5 Pollices | 1 | Lineas. |
| | | ——— minor . . | 4 ——— | $3\frac{1}{2}$ | ——— |
| | inferioris | diameter major . . | 4 ——— | 2 | ——— |
| | | ——— minor . . | 3 ——— | 2 | ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 3 ——— | $7\frac{1}{2}$ | ——— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . | | | 1 ——— | $7\frac{1}{2}$ | ——— |

1669. Pelvis puerperae viginti sex annorum, paucis post partum horis emortuae.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 5 Pollices | 1 | Lineas. |
| | | ——— minor . . | 4 ——— | 3 | ——— |
| | inferioris | diameter major . . | 4 ——— | 2 | ——— |
| | | ——— minor . . | 3 ——— | 6 | ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 4 ——— | 2 | ——— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . | | | 0 ——— | $8\frac{1}{2}$ | ——— |

Os pubis in plura segmenta perpendicularia sectum est, ut structura synchondroseos pateat. Arteriae cera rubra impletae sunt.

1670. Pelvis virginis viginti quinque annorum.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 5 Pollices | 6 | Lineas. |
| | | ——— minor . . | 3 ——— | $6\frac{1}{2}$ | ——— |
| | inferioris | diameter major . . | 4 ——— | 6 | ——— |
| | | ——— minor . . | 2 ——— | 8 | ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 4 ——— | 5 | ——— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . . . | | | 0 ——— | 11 | ——— |

1671. Pelvis feminae triginta duorum annorum.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major | 4 | Pollices | 11 | Lineas. |
| | | ——— minor | 3 | ——— | 6 | ——— |
| | inferioris | diameter major | 3 | ——— | 5 | ——— |
| | | ——— minor | 3 | ——— | 8 | ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii | | | 3 | ——— | 7 | ——— |
| Curvatura ossis sacri | | | 1 | ——— | 1 | ——— |

1672. Pelvis feminae triginta octo annorum.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major | 4 | Pollices | 9 | Lineas. |
| | | ——— minor | 4 | ——— | ½ | ——— |
| | inferioris | diameter major | 3 | ——— | 7 | ——— |
| | | ——— minor | 3 | ——— | 9 | ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii | | | 3 | ——— | 10 | ——— |
| Curvatura ossis sacri | | | 1 | ——— | 2 | ——— |

1673. Pelvis feminae triginta trium annorum.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major | 5 | Pollices | 0 | Lineas. |
| | | ——— minor | 3 | ——— | 3½ | ——— |
| | inferioris | diameter major | 3 | ——— | 5 | ——— |
| | | ——— minor | 3 | ——— | 3 | ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii | | | 4 | ——— | 0 | ——— |
| Curvatura ossis sacri | | | 0 | ——— | 9 | ——— |

1674. Pelvis feminae viginti sex annorum.

| | | | | Pollices | Lineas |
|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major | . . | 5 Pollices | 3½ Lineas. |
| | | ——— minor | . . | 3 ——— | 8 ——— |
| | inferioris | diameter major | . . | 4 ——— | ½ ——— |
| | | ——— minor | . . | 4 ——— | 3½ ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii | | | . . . . | 4 ——— | 1 ——— |
| Curvatura ossis sacri | | | . . . . . . . . . | 0 ——— | 8 ——— |

1675. Pelvis feminae triginta sex annorum, quae insigni prolapsu intestini recti adflicta erat, quo, superveniente inflammatione oppressa est. Vide 786.

| | | | | Pollices | Lineas |
|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major | . . | 5 Pollices | 3 Lineas. |
| | | ——— minor | . . | 3 ——— | 6 ——— |
| | inferioris | diameter major | . . | 3 ——— | 11 ——— |
| | | ——— minor | . . | 3 ——— | 3 ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii | | | . . . . | 3 ——— | 11 ——— |
| Curvatura ossis sacri | | | . . . . . . . . | 1 ——— | 0 ——— |

1676. Pelvis feminae quadraginta sex annorum.

| | | | | Pollices | Lineas |
|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major | . . | 4 Pollices | 9 Lineas. |
| | | ——— minor | . . | 4 ——— | 0 ——— |
| | inferioris | diameter major | . . | 4 ——— | 9½ ——— |
| | | ——— minor | . . | 3 ——— | 4 ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii | | | . . . . | 4 ——— | 1 ——— |
| Curvatura ossis sacri | | | . . . . . . . . . | 1 ——— | 2 ——— |

**1677.** Pelvis feminae quinquaginta annorum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 4 Pollices | 7 Lineas. |
| | | ——— minor . . | 3 ——— | 4 ——— |
| | inferioris | diameter major . . | 4 ——— | 4 ——— |
| | | ——— minor . . | 3 ——— | 5 ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . . | | | 4 ——— | 1 ——— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . . | | | 1 ——— | 0 ——— |

## *JUSTO MINOR ET MALE CONFORMATA.*

**1678.** Pelvis feminae quinquaginta quatuor annorum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 4 Pollices | 7 Lineas. |
| | | ——— minor . . | 3 ——— | $1\frac{1}{2}$ ——— |
| | inferioris | diameter major . . | 3 ——— | $3\frac{3}{4}$ ——— |
| | | ——— minor . . | 3 ——— | $7\frac{1}{2}$ ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . . | | | 3 ——— | 6 ——— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . . | | | 0 ——— | 11 ——— |

**1679.** Pelvis quadragenariae.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 5 Pollices | 8 Lineas. |
| | | ——— minor . . | 4 ——— | 1 ——— |
| | inferioris | diameter major . . | 3 ——— | 11 ——— |
| | | ——— minor . . | 3 ——— | 4 ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . . | | | 3 ——— | 11 ——— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . . | | | 0 ——— | 5 ——— |

In hac pelvi os coccygis tanquam uncus sub acutissimo angulo os sacrum versus inclinatum est.

1680. Pelvis obliqua feminae triginta sex annorum. Os ilei dextrum minus et depressius sinistro est, os sacrum oblique a dextro versus sinistrum corporis latus inclinatum.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major | 4 | Pollices | 8 | Lineas. |
| | | ——— minor | 4 | ——— | 1 | ——— |
| | inferioris | diameter major | 3 | ——— | 7 | ——— |
| | | ——— minor | 3 | ——— | 4 | ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii | | | 3 | ——— | 4 | ——— |
| Curvatura ossis sacri | | | 1 | ——— | 1 | ——— |

1681. Pelvis feminae sexagenariae, pariter obliqua; nimirum os ileum dextrum minus et depressius sinistro est; os sacrum oblique a dextro corporis latere sinistrum versus inclinatum.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major | 5 | Pollices | 3 | Lineas. |
| | | ——— minor | 4 | ——— | 0 | ——— |
| | inferioris | diameter major | 3 | ——— | 8 | ——— |
| | | ——— minor | 3 | ——— | 9 | ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii | | | 4 | ——— | 0 | ——— |
| Curvatura ossis sacri | | | 1 | ——— | 5½ | ——— |

1682. Pelvis feminae quadraginta quatuor annorum.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major | 4 | Pollices | 10¼ | Lineas. |
| | | ——— minor | 3 | ——— | 7 | ——— |
| | inferioris | diameter major | 4 | ——— | 4½ | ——— |
| | | ——— minor | 2 | ——— | 10½ | ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii | | | 3 | ——— | 11 | ——— |
| Curvatura ossis sacri | | | 0 | ——— | 9 | ——— |

1683. Pelvis feminae triginta annorum.

| | | | Pollices | Lineas |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 4 | 9 |
| | | —— minor . . | 3 | 3 |
| | inferioris | diameter major . . | 4 | $4\frac{1}{2}$ |
| | | —— minor . . | 3 | 1 |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 4 | 1 |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . | | | 0 | $5\frac{1}{2}$ |

In ipso partu ramus horizontalis ossis pubis prope synchondrosin sic dictam, vi enormi, imprudenter a medico obstetricante adhibita fractus est. Misera paucis post partum horis exspiravit.

1684. Pelvis feminae triginta sex annorum.

| | | | Pollices | Lineas |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 4 | 7 |
| | | —— minor . . | 2 | 10 |
| | inferioris | diameter major . . | 3 | $9\frac{1}{2}$ |
| | | —— minor . . | 3 | 0 |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 3 | 10 |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . | | | 0 | 6 |

Os coccygis non est reclinatum.

1685. Pelvis feminae viginti octo annorum.

| | | | Pollices | Lineas |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 4 | 4 |
| | | —— minor . . | 2 | $5\frac{1}{2}$ |
| | inferioris | diameter major . . | 4 | $\frac{3}{4}$ |
| | | —— minor . . | 3 | 6 |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 3 | 9 |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . | | | 0 | 5 |

Haec pelvis est feminae quarta hora post partum mortuae, cujus foetus forcipe extractus est.

**1686.** Pelvis ex femina, in qua sectio caesarea instituta fuit. Historiam ejusdem legimus in tractatu meo *de sectione synchondroseos ossium pubis.* Berolini, 1782. 4. Cum tabula aenea.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 5 Pollices | 0 | Lineas. |
| | | ——— minor . . | 2 ——— | $4\frac{1}{2}$ | ——— |
| | inferioris | diameter major . . | 4 ——— | 6 | ——— |
| | | ——— minor . . | 3 ——— | 3 | ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 4 ——— | 2 | ——— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . . | | | 0 ——— | 11 | ——— |

Pelvis haec pertinet ad compressas atque obliquas; nam vertebrae lumbares et os sacrum oblique feruntur a sinistro versus dextrum latus. Os coccygis non reclinatum est.

**1687.** Pelvis ex femina viginti annorum.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 5 Pollices | $3\frac{1}{2}$ | Lineas. |
| | | ——— minor . . | 2 ——— | 2 | ——— |
| | inferioris | diameter major . . | 4 ——— | 9 | ——— |
| | | ——— minor . . | 3 ——— | $\frac{1}{2}$ | ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 4 ——— | 5 | ——— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . . | | | 0 ——— | $9\frac{1}{2}$ | ——— |

In hac pelvi os coccygis angulum acutum cum ultima vertebra spuria ossis sacri facit, qui adhuc major est, quam 1679.

## JUSTO MAJOR.

1688. Pelvis feminae triginta quatuor annorum.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major | 5 | Pollices | 3 | Lineas. |
| | | —— minor | 4 | —— | 8 | —— |
| | inferioris | diameter major | 4 | —— | 3 | —— |
| | | —— minor | 4 | —— | 1 | —— |
| Distantia spinarum ossium ischii | | | 4 | —— | 7 | —— |
| Curvatura ossis sacri | | | 1 | —— | 0 | —— |

1689. Pelvis feminae quadraginta sex annorum.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major | 5 | Pollices | 7 | Lineas. |
| | | —— minor | 4 | —— | 4 | —— |
| | inferioris | diameter major | 4 | —— | 8 | —— |
| | | —— minor | 3 | —— | 9 | —— |
| Distantia spinarum ossium ischii | | | 4 | —— | 10 | —— |
| Curvatura ossis sacri | | | 1 | —— | 5 | —— |

## FEMINAE GIBBOSAE.

1690. Vertebrae colli, dorsi, lumborum, costae, pelvis, feminae triginta annorum. Columna dorsalis cum costis ita gibbosa et contorta est, ut angulum acutissimum componat.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major | 4 | Pollices | 10½ | Lineas. |
| | | —— minor | 4 | —— | 4½ | —— |
| | inferioris | diameter major | 3 | —— | 8½ | —— |
| | | —— minor | 3 | —— | 4½ | —— |
| Distantia spinarum ossium ischii | | | 3 | —— | 9½ | —— |
| Curvatura ossis sacri | | | 0 | —— | 7 | —— |

Plura in F. A. WALTER *Descr. musei mei*, Tom. II. p. 61. No. 424.

1691. Vertebrae colli, dorsi, lumborum et pelvis ligamentorum naturalium ope sunt junctae. Costae ad corpora resectae cum vertebris cohaerent. Cor. Ex femina gibbosa quadraginta aliquot annorum. Columna vertebralis in regione dorsali ita curvata est, ut angulum acutissimum componat, cujus apex retrorsum et sinistrorsum positus est. Arteria aorta et omnes ejus rami, quos superne ad collum et inferne ad femora spargit, cera rubra repleti et exarati. Arteriae pulmonalis rami per pulmones destributi, venae pulmonales, vena cava superior et inferior usque ad venam hypogastricam et cruralem cera flava repletae atque exaratae sunt. Arteria aorta perfecte sequitur ductum vertebrarum dorsi, unde nascitur angulus acutissimus. Eodem fere modo, quo arteria aorta, vena cava inferior procedit atque angulum componit. Dimensiones pelvis hae sunt:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 4 Pollices | 8 Lineas. |
| | | ——— minor . . | 4 ——— | $6\frac{1}{2}$ ——— |
| | inferioris | diameter major . . | 4 ——— | 2 ——— |
| | | ——— minor . . | 4 ——— | $\frac{1}{2}$ ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 3 ——— | 10 ——— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . | | | 0 ——— | $4\frac{1}{2}$ ——— |

Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. II. pag 60. No. 421.

1692. Simile praeparatum ex ſemina quadraginta aliquot annorum; scilicet columna vertebralis eodem modo in dorso curvata est. Arteria aorta et vena cava cera rubra et flava impletae et exaratae eandem observant directionem, quam numero antecedente. Diametri pelvis sunt sequentes:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major | 4 Pollices | 7 Lineas. |
| | | ——— minor | 4 ——— | 10 ——— |
| | inferioris | diameter major | 4 ——— | 5 ——— |
| | | ——— minor | 3 ——— | 3 ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii | | | 3 ——— | 4 ——— |
| Curvatura ossis sacri | | | 0 ——— | $6\frac{1}{2}$ ——— |

Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. II. pag. 60. No. 422.

3028. Vertebrae colli, dorsi cum parte posteriore costarum in utroque latere, vertebrae lumborum et ossa pelvis per ligamenta naturalia inter se cohaerent. Ex ſemina gibbosa triginta annorum. Columna spinalis refert ab anteriore facie spectata figuram S romani. Dimensiones pelvis sunt sequentes:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major | 4 Pollices | 10 Lineas. |
| | | ——— minor | 3 ——— | 10 ——— |
| | inferioris | diameter major | 4 ——— | 4 ——— |
| | | ——— minor | 3 ——— | 2 ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii | | | 4 ——— | 2 ——— |
| Curvatura ossis sacri | | | 0 ——— | 10 ——— |

## *FEMINAE CLAUDICANTIS.*

1693. Duae inferiores vertebrae lumborum, ossa pelvis per ligamenta naturalia cohaerent, et ambo ossa femoris, feminae quadraginta annorum. Os innominatum dextrum sinistro minus et paulo depressius est; hinc os sacrum magis ad sinistrum latus inclinatur. Acetabulum ossis innominati dextri paulo minus et planius sinistro est. Ossa femoris breviora sunt, dextrum nempe quatuor pollices et totidem lineas brevius sinistro, et ambo curva. Corpora ossium femoris non sunt triangularia, sed plana; inter capita ossium femoris et acetabula non occurrit consueta proportio. Capita eorum sunt magis convexa et acetabula minus excavata; unde haec femina vacillando claudicabat. Diametri pelvis sunt sequentes:

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 5 | Pollices | 1 | Lineas. |
| | | ——— minor . . | 3 | ——— | 6 | ——— |
| | inferioris | diameter major . . | 4 | ——— | 0 | ——— |
| | | ——— minor . . | 3 | ——— | 0 | ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 3 | ——— | 4 | ——— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . . | | | 0 | ——— | 6 | ——— |

Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. II. pag. 188. No. 690.

1694. Vertebrae lumborum, ossa pelvis, hoc est os sacrum, coccygis, ossa innominata utriusque lateris ligamentis natu-

ralibus cohaerentia. Ambo ossa femoris feminae triginta annorum. Luxatio ossis femoris sinistri accidit in juventute sursum et retrorsum. Repositione non facta caput ossis femoris novum sibi paravit acetabulum. Primum acetabulum fere obliteratum, secundum vero acetabulo naturali respectu amplitudinis et profunditatis aequale, supra et retro primum, duosque pollices infra cristam ossis ilei collocatum est. Capitis ossis femoris sinistri figura, ex sphaerica, magis in planam commutata est, et ejus circumferentia ratione convexitatis multum superat consuetam; collum femoris solito brevius est et variae in eo observantur eminentiae. Praeterea os femoris sinistrum, dextro teretius, difformius atque levius deprehenditur. Licet haec femina non fuerit gibbosa, columna tamen spinalis, praeprimis ejus pars inferior, oblique a sinistro in dextrum latus inclinata, et propter luxationem, tota pelvis male conformata est; nam ob os innominatum sinistrum minus dextro retrorsum et extrorsum pulsum, directio ossis sacri obliqua, os ileum sinistrum altius dextro atque magis perpendiculare est, os ischii sinistrum vero magis extrorsum migrat, quam dextrum; arcus itaque ossium e duobus diversis segmentis compositus apparet. Horum dextrum arcum majorem et minus excavatum sistit, quo tota cavitas pelvis et praeprimis apertura inferior male conformata est. Dimensiones pelvis sunt, quae sequuntur:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 5 Pollices | 2 Lineas. |
| | | ——— minor . . | 3 ——— | 6 ——— |
| | inferioris | diameter major . . | 3 ——— | 6 ——— |
| | | ——— minor . . | 4 ——— | $3\frac{1}{2}$ ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 3 ——— | 10 ——— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . . | | | 1 ——— | 0 ——— |

Hoc praeparatum in arte obstetricia et in explicatione claudicationis memorabile erit. Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. II. pag. 177. No. 673.

1695. Tres ultimae vertebrae lumborum et ossa pelvis ligamentorum naturalium ope cohaerentia; ambo ossa femoris, ex femina quadragenaria. Luxatio in juventute facta est. Caput et maxima pars colli amborum ossium femorum deficiunt, reliqua colli pars, cartilagine obducta, sibi in utroque acetabulo novam excavavit fossam, hinc in utroque osse innominato duo existunt acetabula, quorum novum deorsum et introrsum exsculptum est, et circumferentiam asperam habet. Praeter haec sequentia annotari merentur. Columnae vertebralis inferior pars, oblique a sinistro ad dextrum latus inclinata; os sacrum similem habet directionem, et antrorsum valde excavatum est. Pelvis in tota collectione ideo unica est, quia ossa innominata tenuia, gracilia atque difformia sunt. Os ileum utrumque papyri tenuitatem refert estque fere pellucidum; dextrum os ileum minus sinistro, magis

excavatum et perpendiculare est. Ramus horizontalis utriusque ossis pubis quoque papyri refert tenuitatem. Idem valet de ramis adscendentibus ossium ischii. Tuberositas ossium ischii extrorsum multum inclinata est.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 5 | Pollices | 6 | Lineas. |
| | | ——— minor . . | 3 | ——— | 0 | ——— |
| | inferioris | diameter major . . | 4 | ——— | 8 | ——— |
| | | ——— minor . . | 5 | ——— | 4 | ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 4 | ——— | 9 | ——— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . . | | | 0 | ——— | 11 | ——— |

Plura in F. A. Walter *Descr. musei mei*, Tom. II. p. 179. No. 675.

1696. Tres vertebrae inferiores lumborum, ossa pelvis ligamentis naturalibus cohaerent; ambo ossa femoris, patella et ossa cruris lateris dextri feminae quadragenariae. Luxatio in latere dextro in aetate tenera, luxatio in latere sinistro in aetate provectiori facta. Utrumque os femoris sursum et retrorsum luxatum. Non procul ab acetabulo solito, nunc diminuto, et fere obliterato aliquantum superiora et posteriora versus, secundum deprehenditur acetabulum, in latere dextro minus et planius, quam in sinistro. Amborum ossium femorum capita ordinariam convexitatem, frictione diurna, amiserunt; circumferentia eorum succo osseo aspero obducta est. Os femoris dextrum brevius et gracilius sinistro, incurvatum. Crus contortum. Patella parva et tenuis situm mutavit prio-

rem, apex ejusdem extrorsum et basis sursum tendit. Tibia et fibula tenues et graciles sunt. Condyli tibiae abrasi sunt; fibula quidem more consueto cum tibia conjuncta, at admodum incurvata est. Tandem feminae hujus columnae vertebralis pars inferior oblique procedit a sinistro versus dextrum latus. Haec vero directio obliqua, neque in hoc neque in antecedentibus numeris 1694. 1695. gibbus stricte sic dictus, appellanda est. Ramus horizontalis et descendens ossium pubis et ramus ascendens ossium ischii valde tenues sunt.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 5 | Pollices | 7 | Lineas. |
| | | —— minor . . | 4 | —— | 9 | —— |
| | inferioris | diameter major . . | 4 | —— | o | —— |
| | | —— minor . . | 4 | —— | 4 | —— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 4 | —— | 4 | —— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . | | | o | —— | 8½ | —— |

Plura in F. A. WALTER *Descr. musei mei*, Tom. II. p. 180. No. 676.

## *FEMINAE SUMMAE SENECTUTIS.*

1697. Pelvis feminae nonaginta octo annorum.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 4 | Pollices | 11 | Lineas. |
| | | —— minor . . | 4 | —— | 1 | —— |
| | inferioris | diameter major . . | 3 | —— | 11 | —— |
| | | —— minor . . | 3 | —— | 4 | —— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . | | | 4 | —— | o | —— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . | | | 1 | —— | 3½ | —— |

1698. Pelvis feminae centum quatuor annorum.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 4 | Pollices | 6 | Lineas. |
| | | ——— minor . . | 4 | ——— | $2\frac{1}{2}$ | ——— |
| | inferioris | diameter major . . | 3 | ——— | 3 | ——— |
| | | ——— minor . . | 3 | ——— | 1 | ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . . | | | 3 | ——— | 8 | ——— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . . . | | | 1 | ——— | 3 | ——— |

1699. Pelvis feminae centum quinque annorum.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 4 | Pollices | 10 | Lineas. |
| | | ——— minor . . | 3 | ——— | 2 | ——— |
| | inferioris | diameter major . . | 3 | ——— | 8 | ——— |
| | | ——— minor . . | 2 | ——— | $10\frac{1}{2}$ | ——— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . . | | | 3 | ——— | 10 | ——— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . . . | | | 1 | ——— | 7 | ——— |

In his tribus pelvibus 1697, 1698 et 1699 nulla accedit ossificatio in synchondrosi ossium pubis.

## *SECESSUS OSSIUM PUBIS.*

1700. Tres inferiores vertebrae lumborum et ossa pelvis per ligamenta naturalia conjuncta viri triginta annorum; ossa pubis viginti lineas parisinas et dimidiam a se invicem distant et ligamenti teretis transversalis ope cohaerent. Conjunctio ossium innominatorum cum osse sacro more solito facta est. Dimensiones pelvis sunt, quae sequuntur, secun-

dum methodum BANGII in Opusculo ejus *de mechanismo partus*, praescripti.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 5 | Pollices | 2 | Lineas. |
| | | —— minor . . | 4 | —— | 6 | —— |
| | inferioris | diameter major . . | 5 | —— | 11 | —— |
| | | —— minor . . | 3 | —— | 3 | —— |
| Distantia spinarum ossium ischii . . . . . | | | 3 | —— | 4 | —— |
| Excavatio ossis sacri . . . . . . . . . | | | o | —— | o | —— |

Os coccygis cum osse sacro angulum acutissimum efficit. Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei.* Tom. II. pag. 188. No. 689.

Hanc observationem rarissimam quoque descriptam et ad naturam delineatam invenimus in tractatu: *de dissectione synchondroseos ossium pubis.* Berolini, 1782. Cum tabula aenea.

## *HABITUS SYNCHONDROSEOS OSSIUM PUBIS.*

1701. Ossa pubis per synchondrosin sic dictam cohaerentia, et ab ossibus ischii serra soluta. Ex femina viginti annorum.

1702. Similia ossa pubis ex femina viginti quatuor annorum.

1703. Ossa pubis perpendiculariter secta, quo videmus nullam existere inter ambo ossa pubis cartilaginem intermediam, sed quodlibet os pubis, ubi sese contingunt, cartilagine propria

obductum, et deinde ambo ligamentis juncta esse. E femina triginta annorum.

1704. Ambo ossa pubis duabus sectionibus perpendicularibus in tria segmenta divisa. E femina triginta quatuor annorum.

1705. Ossa pubis eodem modo secta, et in tres lamellas divisa. Ex femina viginti sex annorum.

1706. Ambo ossa pubis cohaerentia; arteriae cera rubra repletae. Ex femina triginta trium annorum.

1707. Ambo ossa pubis per ligamenta cohaerentia; arteriae rubra cera expletae sunt. Ex femina triginta sex annorum.

1708. Duo similia ossa pubis, quorum arteriae rubra cera saturatae sunt. Ex femina quadraginta annorum.

1708. *a.* Duo similia ossa pubis; arteriae sunt cera rubra impletae. Ex femina quadraginta quinque annorum.

1708. *b.* Ossa pubis perpendiculariter secta. In hoc praeparato videmus, utrumque os pubis sua habere vasa, hoc est: vasa cujuslibet ossis pubis, ubi unum alterum tangit, non ex uno in alterum transire. Arteriae rubra, venae viridi cera impletae sunt. Ex femina viginti quinque annorum.

1708. *c.* Ambo ossa pubis cohaerentia, perpendiculariter secta, puerperae triginta annorum, viginti quatuor horas post partum demortuae. Arteriae rubro colore tinctae.

1708. *d.* Ambo ossa pubis ex puerpera viginti quatuor annorum, quae paucis post partum horis exspiravit. In hac puer-

pera ligamenta ossium pubis valde relaxata fuerunt: incisis ligamentis anterioribus videmus, utrumque os pubis sua habere vasa, et nullam existere inter ambo ossa pubis cartilaginem intermediam, vel quod idem est, nullam synchondrosin ossium pubis adesse.

1708. *e.* Ambo ossa pubis feminae sexaginta annorum, per medium perpendiculariter secta.

# SECTIO TERTIA.

## EX ANIMALIBUS.

## NATURALIA.

### *CEREBRUM.*

1709. Dura mater ex simia, cujus arteriae cera rubra infarctae.

### *MUSCULI. VASA SANGUIFERA.*

1710. Os sterni cum musculis intercostalibus. Arteriae cera rubra impletae. E simia majore.

1711. Vertebrae colli, dorsi, lumborum, os sacrum, cauda, ossa innominata, costae in utroque latere, femora, crura posteriora usque ad medium resecta, omnes musculi ossibus supradictis adfixi, praeparati. Arteriae cera rubra infarctae et evolutae. Ex simia majore.

1712. Extremitas anterior dextra, usque ad carpum cum omnibus musculis atque arteriis cera rubra impletis et exaratis. E simia majore.

1713. Extremitas anterior sinistra usque ad carpum cum musculis et arteriis evolutis cera rubentibus. Ex eadem simia 1712.

## *GUSTUS.*

1714. Larynx, epiglottis, membrana palati et oris, lingua. Arteriae cera rubra fulgent. Ex ove.

1715. Lingua cum osse hyoideo, ex accipitre majori. Arteriae cera rubra bene expletae.

## *DENTES.*

3030. Maxilla superior et inferior per ligamenta cohaerentes, cum dentibus. E squalo juniori.

3031. Maxilla superior et inferior figuram rostratam referentes, cum dentibus, centum et duodecim acutis in maxilla superiore et centum et octo in inferiore, ita mirifice ordinatis, ut maxillis clausis, mutuo se excipiant. E pisce nondum cognito.

## *CUTIS. UNGULAE. PENNAE.*

1716. Cutis totius corporis simiae majoris crinibus purgata et expansa. Arteriae rubra cera impletae.

1717. Auris externa cum cute os occipitis et buccas tegente. E simia. Arteriae cera rubra impletae.

1718. Cutis colli et dorsi cum pennis, ardeae stellaris. Arteriae rubra, venae viridi cera saturatae.

1719. Portio cutis accipitris majoris. Arteriae rubra, venae viridi cera expletae.

1720. Pes equi. Arteriae cera rubra, venae viridi refertae et exaratae. Demta ungula admirabile rete arteriosum et venosum jucundissimum praebet spectaculum.

1721. Pes equi. Solae venae cera flava sunt saturatae; ungula est ablata.

1722. Pes equi. Arteriae cera rubra impletae, ungula ablata, et pes secundum longitudinem bifariam est sectus, ut vasa profunda ejusdem in conspectum veniant.

1723. Os ungulae pedis bifariam sectum; ungula est ablata; arteriae cera rubra, venae lutea impletae et exaratae. Vasa profundissima bene apparent. Ex equo.

1724. Os ungulae pedis utriusque lateris; arteriae cera flava impletae, et ungulae demtae. Ex equo.

1725. 1726. Uterque pes anterior cervi; ungulae ablatae. Arteriae cera rubra bene impletae.

1727. Pes anterior ovis. Ungula est ablata, ut vasa sub ea recondita appareant. Arteriae cera rubra impletae.

1728. Ossa, cutis et pennae alae sinistrae accipitris majoris. Arteriae cera injecta rubent.

1729. Ossa, cutis et pennae sinistrae alae aquilae, cujus arteriis cera rubra, venis viridis indita. Demonstrandae pennarum generationi et nutritioni inservit.

1730. Ala dextra aquilae, in qua oſsa amota et radices pennarum in duplicatura cutis alae deprehenduntur. Arteriae cera rubra, venae viridi felicisſime repletae.

# *OLFACTUS.*

## *QUADRUPEDIUM.*

1731. Caput oſseum equi, in quo factis variis sectionibus, organon odoratus in summa extensione apparet.

1732. Caput oſseum cervi cum naso externo et cornibus longis atque rotundis; factis sectionibus idoneis organon odoratus clare apparet.

1733. Caput oſseum cervi cum cornibus longis atque latis, in quo organon odoratus eodem studio evolutum.

1734. Caput oſseum cervi junioris cum cornibus. Caput per medias nares bifariam sectum.

1735. Caput bovis cum naso externo, buccis, auribus et cornibus. Ab aure sinistra cutis est detracta, ut integra pars cartilaginea auris conspiciatur. Cornu sinistrum, deleta prius parte cornea, secundum longitudinem serra ita est fiſsum, ut cavitates nasi et ipsius cornu inter se communicantes statim conspici queant. In capite ipso adhuc variae sectiones sunt factae ad demonstrandum organon olfactus. Arteriae rubra cera splendent. Elegans sane praeparatum.

1736. Caput asinae cum auribus externis et naso externo. Variae factae sunt sectiones. Totum caput cera rubra injecta fulget.

1737. Caput lupi cum naso externo. Sola cartilago auris externae cum meatu auditorio cohaeret. Arteriae tam feliciter expletae, ut omnia ossa caput componentia rubeant; arteriae ad nasum cartilagineum et osseum migrantes singulari studio praeparatae sunt. Factis idoneis sectionibus, vix absque summa voluptate nasus internus propter membranam Schneiderianam colore rubro fulgentem perlustrari potest.

1738. Caput embryonis vitulini trium mensium cum naso externo. Arteriae cera rubra fulgent. Ad originem dentium monstrandam, organon olfactus cum adulto bove comparandum.

1739. Caput osseum apri in varia segmenta divisum.

1740. Caput dorcadis adultae cum cornibus, auribus externis, naso atque labiis, bifariam perpendiculariter per cavum narium sectum. Felicissime instituta est injectio, ita ut non tantum cutis capitis, aurium, tunica Schneideriana, verum etiam internum cornuum periosteum, quae secundum longitudinem serra fissa sunt, bene rubeant.

1741. Caput osseum caprae per medias nares dissectum.

1742. Caput leporis cum naso externo, buccis et auribus externis; cutis cum crinibus est demta, ita ut sola cartilago, quae auri figuram dat, sit relicta. Aures, membrana palati et cavi

narium, a subtilissima injectione cera rubra facta fulgent; factis idoneis sectionibus organon odoratus videre licet.

1743. Caput capellae nuper natae cum aure externa in utroque latere, naso externo et labiis. Arteriae rubra cera impletae.

1744. Caput ovis, cui nasus externus, buccae et aures externae adhaerent. Plura facta sunt segmenta idonea ad demonstrandum olfactus organon. Arteriae cera rubra bene expletae.

1745. Caput vulpis in duo segmenta divisum cum naso externo. Arteriae cera rubra fulgent. Factis pluribus segmentis organon odoratus pulchre apparet.

1746. Caput vulpis cum naso externo eodem modo sectum. Arteriae cera rubra impletae in organo olfactus fulgent.

1747. Caput osseum vulpis dissutum pro organo olfactus. Arteriae cera rubra impletae.

1748. Caput osseum vulpis. Variae sectiones sunt factae, in fronte et ad latus maxillae superioris.

1749. Caput simiae majoris cum naso externo cartilagineo, labiis superioribus et inferioribus cum buccis; primo per medium cavum narium perpendiculariter est sectum, deinde plures adhuc factae sunt sectiones, ut organon olfactus possit videri. Arteriae rubra, venae viridi cera impletae. Maxilla inferior ita in latere dextro est secta, ut duae dentium series, superior et inferior, cum periosteo vasis eleganter pictae appareant.

## *AMPHIBIORUM.*

1750. Caput phocae, cujus arteriae cera rubra, venae viridi sunt impletae; factis idoneis sectionibus organon olfactus elegantissimis vasis pictum apparet.

1731. Caput testudinis marinae majoris in varia segmenta divisum, ad demonstrandum olfactus organon. Arteriae rubra, venae viridi cera fulgent.

## *AVIUM.*

1752. Caput aquilae, germanice *Steinadler*, cum maxilla inferiore bifariam ita sectum, ut cavum internum narium simul cum rostro bene dissecto se visui praebeat. In elegantissimo hoc praeparato membrana interna narium atque periosteum rostri internum et externum, arteriis rubra, venis viridi cera injecta est pictum.

1753. Caput ululae. Rostrum cum cavo narium ita longitudinaliter est sectum, ut arteriae ipsius cavi narium et rostri, rubro colore felicissime tinctae bene conspici queant. In latere dextro annulus membranae tympani, canales semicirculares cum cochlea sunt evoluti.

1754. Caput accipitris, germanice *Fasan-Habicht.* Arteriae rubra cera optime repletae.

1755. Caput vulturis medium bifariam longitudinaliter sectum. Arteriis rubra cera indita.

1756. Caput ardeae medium perpendiculariter sectum, ad demonstrandum organon olfactus.

1757. Caput ciconiae medium perpendiculariter sectum; arteriae quam felicissime rubra et venae flava cera tinctae, ita ut interna narium et rostri membrana variegato colore picta visui se praebeat.

1758. Caput osseum struthio-cameli.

1759. Caput osseum cygni, in quo propter organon odoratus idoneae sectiones sunt factae.

1760. Caput osseum gruis sectum, ut 1759. Maxillae inferiori adhaeret lingua, os hyoideum, larynx et arteria aspera.

1761. Caput osseum buceri rhinocerotis. Secundum longitudinem bifariam caput et rostrum sunt secta.

3032. Caput anatis clypeatae.

3033. Caput plataleae leucorodiae.

3034. Caput plataleae.

3035. Maxilla superior pelicani onocrotali.

Omnia capita diversis sectionibus ita sunt fissa, ut omnes sinuositates cavi narium inter se communicantes in conspectum veniant; gynglimis vero ex orichalco confectis omnes sectiones rursus ita jungi possunt, ut integrum caput sistant. Vasa in membrana Schneideriana ludentia pulcherrime cera diversis coloribus tincta sunt expleta. Historiam organi odoratus filius meus in conventu academico publico 1802 exhibuit.

# *A U D I T U S.*

## *A V I U M.*

1762. In latere sinistro capitis aquilae integrum auditus organon elaboratum est, nempe cavum tympani, tres canales praegrandes et cochlea, quae, ut in omnibus avibus, nomen cochleae non meretur.

1763. Stapes et membrana tympani, felicissima injectione cera rubra facta fulgent. Ex aquila.

1764. In latere sinistro capitis ciconiae apparet organon auditus, tres canales et cochlea.

1765. Stapes ex ciconia.

1766. In latere dextro capitis gallinaginis videmus cavum tympani, tres canales semicirculares et cochleam.

1767. Organon auditus columbae, nempe cavum tympani, tres canales semicirculares et cochlea.

1768. In latere dextro capitis noctuae apparent cavum tympani, tres canales semicirculares et cochlea.

1769. Tres canales semicirculares et cochlea, ex noctua paulo majore.

1770. Stapes ex noctua.

1771. Tres canales semicirculares, cochlea et vestibulum, aperta. Ex accipitre.

1772. Simile praeparatum ex accipitre.

1773. Tres canales semicirculares et vestibulum apertum. Ex accipitre.

1774. Stapes ex cygno.

## *QUADRUPEDIUM.*

1775. Os temporum sinistri lateris. Ex simia majore. Apparet auris externa cera rubra fulgens reclinata; meatus auditorius externus apertus, quo melius membrana tympani conspici queat; quatuor ossa auditus cum musculis mallei et stapedis, tres canales semicirculares et cochlea arte elaborati.

1776. Os temporum dextri lateris, ex eadem simia, eodemque modo praeparatum est organon auditus; auris externa resecta.

1777. Os temporum dextri lateris. E vervice. Apparent cavum tympani, tres canales semicirculares et cochlea.

1778. Os temporum dextri lateris. Ex cane majore. Videmus meatum auditorium osseum, membranam tympani cum malleo.

1779. In latere sinistro capitis erinacei porcini videmus meatum auditorium osseum, cavum tympani effractum, membranam tympani, quatuor ossa auditus, tres canales semicirculares et cochleam.

1780. Os temporum sinistri lateris. Ex lepore. In hoc elegantissimo praeparato cernimus meatum auditorium osseum,

cavum tympani apertum; quatuor ossicula auditus in situ naturali. Tres canales semicirculares, cochleae ductus spirales aperti.

1781. Tres canales semicirculares, cochlea aperta, quatuor ossicula auditus. Ex lepore.

1782. Duo canales semicirculares et interna cochleae fabrica. Ex lepore.

1783. Tres canales semicirculares, stapes basi foraminis ovalis insistens. Ex lepore.

## *LARYNX. PULMO. COR.*

1784. Cor ex phoca femina. Aorta cera rubra, arteria pulmonalis, vena cava superior et inferior cera viridi sunt repletae.

1785. Extremitas inferior arteriae asperae et pulmonales. Ex phoca. Arteriae cera rubra nitidissime expletae.

1786. Portio pulmonis. E testudine. Arteriae rubra, venae viridi cera sunt impletae.

1787. Pulmo testudinis, cujus arteriae cera rubra, venae viridi eleganter expletae.

1788. 1789. Duae portiones pulmonis testudinis. Arteriae cera rubra, venae cerulea pulchre saturatae.

1790. Portio pulmonis testudinis. Vasa cera rubra perpulchre sunt repleta.

1791. 1791. *a.* Duae pulmonis portiones. Ex pisce. Vasa cera rubra injecta fulgent.

1792. Portio arteriae asperae, larynx et lingua cum osse hyoideo. Ex grue. Arteriae cera rubra impletae.

1793. Maxilla inferior cum lingua, larynge, pharynge, arteria aspera cum pulmonibus, oesophagus cum ventriculo, cor cum arcu aortae, trunco arteriae carotidis et subclaviae, vena cava superior cum venis jugularibus, vena cava inferior. Ex ardea. Arteriae rubra et venae viridi cera sunt saturatae.

1794. Larynx, arteria aspera, pulmones, cor. Ex otide tarda. Arteriae rubra, venae viridi cera impletae.

1795. Pulmo e castore. Arteriae cera rubra optime sunt impletae.

1796. Larynx cum osse hyoideo, tota arteria aspera secundum longitudinem aperta et in latam superficiem expansa. Ex asina. Arteriae cera rubra fulgent.

1796. *a.* Oesophagus secundum longitudinem apertus et in latam superficiem extensus. Ex eadem asina. Arteriae cera rubra injecta fulgent.

1797. Larynx bovis cum parte suprema arteriae asperae apertus et in latam superficiem expansus. Arteriae rubra cera expletae.

## *HEPAR. VESICA FELLEA.*

1798. Hepar e castore. Arteriae rubra cera impletae.

1799. Vesica ſellea e capra aëre inflata. Arteriae rubra cera infarctae.

1800. Hepar cum vesicula fellea. Ex ardea. Arteriae cera rubra, vena cava flava, vena portarum viridi expleta.

## *VENTRICULUS.*

1801. Oesophagus, ventriculus, duodenum; strata fibrarum muscularium ventriculi bene evoluta apparent. Ex equo.

1802. Sola membrana ventriculi muscularis a nervea soluta. Ex equo. Membrana haec, injectione jucunde rubet. Trunci arteriarum ad margines et fundum ventriculi migrantium sunt exarati.

1803. Oesophagus, ventriculus, omentum majus et duodenum, aperta. Ex phoca. Arteriae cera rubra repletae.

1804. Oesophagus, ventriculus et intestinum duodenum vulpis.

1805. Ventriculus, oesophagus et intestinum duodenum, aperta et in latam superficiem extensa. Ex mele. Arteriae cera rubra impletae. Vide *Nouveaux mémoires de l'académie de Berlin, années* 1792 *et* 1793: *sur le blaireau.*

1806. Cardia, ventriculi et duodenum, per dimidium dissecta. Ex ove adulta. Arteriae cera rubra saturatae.

## *PANCREAS.*

1807. Pancreas. Ex equo. Arteriae rubra cera, ductus pancreaticus flava repletus.

## *INTESTINA.*

1808 — 1813. Sex portiones intestinorum tenuium cum mesenterio. Ex simia. Arteriae rubra, venae viridi cera infarctae et exaratae.

1814. Portio intestini jejuni, coecum et colon. Ex simia. Arteriae rubra, venae viridi cera expletae.

1815. Intestinum ileum atque colon cum intestino coeco. Ex ove. Vasa arteriosa materia ceracea rubra abunde repleta.

1816. Portio intestini coli et intestinum rectum. Ex eadem ove.

1817. Portio intestini jejuni. Ex castore. Arteriae rubra cera fulgent.

1818. Portio intestini jejuni. Ex castore. Arteriae rubra cera repletae.

1819. Similis portio jejuni. Ex castore.

1820. Portio intestini ilei. Ex castore. Arteriae cera rubent.

1821. 1822. Duae similes portiones intestini ilei. Ex castore.

1823. Intestinum rectum. Ex castore. Arteriae cera rubent.

1824. Portio intestini ilei, intéstinum coecum atque colon. Ex castore. Arteriae cera rubent. Intestinum coecum apertum.

1825. Intestinum jejunum et ileum. Ex lupa. Arteriae rubra cera abunde saturatae.

1826. Intestinum rectum, colon, coecum et portio intestini ilei. Arteriae cera rubra felicissime infarctae. Ex lupa.

1827. Intestinum jejunum et ileum flatu distenta. Ex phoca. Arteriae rubra cera repletae.

1828. — 1831. Intestinum jejunum cum mesenterio, flatu distentum. Arteriae cera rubent. Ex phoca femina.

1832. — 1839. Intestinum ileum cum mesenterio flatu distentum. Arteriae cera rubra repletae. Ex phoca femina.

1840. Intestinum colon, coecum et portio intestini ilei aëre distenta. Ex phoca. Arteriae cera rubra infarctae.

1841. Intestinum rectum, colon, coecum et portio intestini ilei aëre distenta. Ex alia phoca. Arteriae cera rubra repletae.

1842. Portio intestini recti, colon, ileum et portio jejuni aëre distenta. Ex mele. Arteriis cera rubra indita.

1843. Portio intestini jejuni. Ex lepore. Arteriae cera rubra perpulchre repletae.

1844. Similis portio intestini jejuni. Ex lepore.

1845. Portio intestini ilei cum mesenterio. Ex lepore. Arteriae cera rubra fulgent.

1846. Portio intestini ilei, intestinum coecum, colon cum suprema recti portione. Arteriae cera rubra injecta fulgent. Ex lepore.

## *MESENTERIUM.*

1847. Totum mesenterium cum glandulis mesentericis et arteriis cera rubra repletis. Ex phoca.

## *LIEN.*

1848. Lien et totum omentum majus injectione cera rubra facta superbiunt. Ex equo.

1849. Lien ex equo cera rubra per arterias felicissime repletus.

1850. Lien ovis. Arteriae cera rubra sunt optime repletae.

## *REN.*

1851. Ren secundum longitudinem sectus, ut interior ejus fabrica pateat. Arteriae cera optime rubent. Ex equo.

1852. 1853. Ambo renes ex ove. Arteriae rubra, venae flava cera optime repletae.

1854. 1855. Ambo renes ex lepore. Arteriae cera rubent.

1856. Ren secundum longitudinem sectus, ut structura interna renis cernatur. Ex castore. Arteriae cera rubra expletae.

1857. Ren eodem modo sectus et infarctus quo 1856. E castore.

1858. Ambo renes ex phoca femina, qui in hoc animale valde lobulosi sunt, et adhuc capsula sic dicta adiposa includuntur: licet haec capsula non multa pinguedine, sed potius multis vasis ornata et subtili tantum, absque adipe, tela cellulosa constet. Arteriae cera rubra, venae viridi optime repletae.

# *VIRILIA.*

3036. Portio penis testudinis. Arteriae cera rubent.

3037. Penis ceti.

1859. Testiculus melis, cujus arteriae cera rubra tam feliciter impletae sunt, ut membrana vaginalis et ipse testis colore rubro fulgeant. Vas deferens, epididimis et testis mercurio impleta turgent. Vasa lymphatica eleganter conspiciuntur. Albuginea testis aperta est. Elegans praeparatum.

1860. Alter testis ex eadem mele, simili modo praeparatus atque infarctus.

1861. Testis ex vulpe. Vas deferens, epididimis, testis atque vasa lymphatica, quae testem, epididimidem et funiculum spermaticum undique retis instar amplectuntur, mercurio, arteriae autem rubra cera repletae sunt. Perpulchrum praeparatum.

1862. Alter testis ex eadem vulpe eodem modo praeparatus atque infarctus. Propter vasa lymphatica elegans praeparatum.

1863. Saccus coecus sub cauda melis maris, quem descripsi in *Nouveaux mémoires de l'académie de Berlin*, *année* 1792: *sur le blaireau.* Saccus inversus est, quo melius orificia glandulosa visui subjiciantur. Arteriae rubra cera repletae sunt.

1864. Duo sacculi aperti. Ex mele mare. In parte laterali exitus intestini recti collocati et aperti inveniuntur. Vide l. c.

## *MULIEBRIA.*

1865. Uterus, tubae, ovaria, portio peritonaei, vesica urinaria aëre distenta, vagina; intestinum rectum aëre distentum. Ex lepore. Cera rubra arteriis injecta partes supradictae perpulchre rubent. Ductus serpentinosi arteriarum ad uterum optime elucent.

1866. Vesica urinaria, uterus bicornis cum vagina, tuba Fallopii et ovarium dextrum; tuba vero sinistra et ovarium resecta sunt. Ex phoca. Arteriae rubra, venae viridi cera repletae.

1867. Vesica urinaria, uterus bicornis, tubae et ovaria, vagina cum pronao. Arteriis rubra cera felicissime indita. Ex lupa.

## *UTERUS.*

1868. Uterus vaccae quarto mense gravidae. Arteriae rubra, venae viridi cera impletae. Uterus arte distentus.

## *PLACENTA.*

1869. Placenta equi cum funiculo umbilicali. Arteriae rubra, venae viridi cera superbiunt.

# SECTIO QUARTA.

## EX ANIMALIBUS.

## NON NATURALIA.

## *LINGUA.*

1870. Lingua duplex ex vitulo cum duobus capitibus recenter nato.

## *MONSTRA.*

### *QUADRUPEDIUM.*

1871. Felis monstrosa legitimo termino nata, bicorporea, unum caput, quatuor pedes anteriores et totidem posteriores duasque caudas habens.

1872. Sceleton ovis monstrosae, recens natae, cum uno capite, uno collo, duobus thoracibus et dorsis, duabus pelvibus, duobus pedibus anterioribus, totidem posterioribus, quinto denique pede inter scapulas exsurgente.

1873. Sceleton ovis monstrosae recens natae cum capite mirifice monstroso, in quo neque oculi neque maxilla inferior adsunt. Ceterum duabus pelvibus et septem pedibus, duobus nempe anterioribus, quinque posterioribus est instructa.

1874. Sceleton ovis monstrosae nuper natae absque maxilla inferiore, ceterum naturalis.

1875. Duo capita ossea ovis monstrosae concreta sine maxilla inferiore.

1876. Sceleton vituli cum duobus capitibus, uno thorace, duplice columna spinali, duabus caudis, una pelvi, quinque pedibus et tribus scapulis. Duo pedes posteriores et duo anteriores cum scapulis more consueto pendent, tertius vero pes anterior cum scapula bifurcata in dorso inter vertebras haeret.

1877. Duo capita ossea, quae cum osse occipitis concreverunt. Portio superior ossis occipitis et ossa parietalia deficiunt. Hinc cranium apertum et cavum cranii valde parvum est; maxillae in apice contortae sunt et mirificam habent articulationem. E vitulo quoad reliquas partes non monstroso.

1878. Porcus recenter natus cum uno capite, quatuor pedibus anterioribus, quorum duo in parte posteriore dorsi positi sunt, quatuor pedibus posterioribus, et duabus caudis.

1879. Sceleton porci monstrosi, in cujus pede anteriori sinistro quatuor, in dextro quinque numerantur digiti.

1880. Porcus recens natus, cujus ungulae pedum anteriorum, ut in homine, in quinque digitos sunt diviſae.

1881. Pes anterior dexter porci adulti, sex digitis instructus.

## *A V I U M.*

1882. Pullus cum tribus pedibus.

1883. Pullus nuper exclusus cum quatuor pedibus, nempe duobus anterioribus et totidem posterioribus; maxilla superior ita bifurcata, ut distinctissime duae appareant maxillae superiores.

1884. Anser recens exclusus cum tribus pedibus, duobus scilicet naturaliter positis et tertio posteriore.

3038. Ovum monstrosum legitimo tempore exclusum. Ex anate.

# *D E N T E S.*

1885. Dentis elephantis portio, in qua videmus apicem sagittae vel globi ſerrei, quo dens hujus animalis transſossus fuit.

# *P I L A.*

1886. Pila ex crinibus confecta ventriculi figuram referens. Ex porci ventriculo.

1887. Pila crinibus composita in ventriculo vituli reperta; figura rotunda; diameter est trium pollicum; pondus duarum unciarum, duarum drachmarum, scrupuli unius, quinque granorum.

1888. Pila in ventriculo phocae reperta.

1889. Duae monetae argenteae, germanice *Zweigroschenstücke*, quas gallus domesticus devoraverat et per duos menses in ventriculo retinuerat. In ambabus, valde politis, imago Friderici Magni Boruſsorum Regis ſere ex toto obliterata est.

## *PELVIS.*

1890. Ultima vertebra lumborum, ossa pelvis et cauda ligamentis naturalibus cohaerentia. Ex ove gravida. Arteriae cera rubra repletae.

1891. Pelvis vulpis feminae.

1892. Pelvis vulpis maris.

# MUSEUM

# ANATOMICUM.

## PARS TERTIA.

# MUSEUM ANATOMICUM.

## PARS TERTIA.

## *Concrementa terrea, calculi vel ossa nuncupata. Ex hominibus et animalibus.*

Omnia concrementa terrea in hac parte contenta duobus numeris insignita sunt, quorum alter, minoribus typis expressus, ad saepe citatum opus filii mei: F. A. WALTER *Descriptio musei mei*, Tom. I. spectat; in hoc omnia, exceptis paucis, fusius descripta inveniuntur. Quinque tabulae aeneae huic operi sunt adjectae. Prima, coloribus vivis nitidissime picta, nonnullos calculos urinarios sistit; quatuor reliquae perelegantes tabulae, calculos biliarios, in classes redactos, atque pariter coloribus vivis pictos, comprehendunt.

## *CALCULI.*

### URINARII.

### RENALES.

### *EX HOMINIBUS.*

#### SEXUS VIRILIS.

#### E RENE DEXTRO.

1893. (No. 1.) Duo calculi renales.

*Aetas.* . . . . Ex viro quadraginta annorum.

*Figura.* . . . Ambo referunt figuram quadrilateram irregularem.

*Magnitudo.* . . Major unum pollicem et duas lineas longus, decem lineas latus et sex lineas crassus est; minor decem lineas longus et latus, quatuor crassus.

*Color.* . . . . Major ex cineritio brunnus, minor ex atro citrinus.

*Superficies externa.* Utriusque fere aequalis; in superficie calculi minoris quatuor numerantur eminentiae.

*Massa.* . . . . Dura et compacta.

*Pondus.* . . . Major duas drachmas et scrupulum unum, minor duos scrupulos.

*Locus.* . . . . In medio rene.

*Habitus renis.* . Pure consumtus.

## 1894. (No. 2.) Calculus renalis.

*Aetas.* . . . . Ex viro triginta duorum annorum.

*Figura.* . . . Cuneiformis.

*Magnitudo.* . . Unum pollicem longus, novem lineas latus, sex crassus.

*Color.* . . . . Subluteus.

*Superficies externa.* Paulo aspera.

*Massa.* . . . . Valde dura.

*Pondus.* . . . Una drachma et undecim grana.

*Locus.* . . . . In medio rene.

## 1895. (No. 3.) Duo calculi renales.

*Aetas.* . . . . Ex viro quadraginta annorum.

*Figura.* . . . Major cuneiformis, irregularis, minor rotundus in utroque latere planus.

*Magnitudo.* . . Major unum pollicem et duas lineas longus, decem lineas latus, sex lineas crassus. Minor diametrum habet octo linearum, et crassus est quatuor lineas.

*Color.* . . . . Ex brunno luteus.

*Superficies externa.* Ambo politi et splendentes.

*Massa.* . . . . Amborum valde dura.

*Pondus.* . . . Major duas drachmas, minor duos scrupulos aequat.

*Locus.* . . . . In pelvi renali.

1896. (No. 4.) Calculus renalis totius musei anatomici maximus.

*Aetas.* . . . . Ex viro sexaginta annorum.

*Figura.* . . . Bene comparari potest cum rene petrefacto, qui perfecte pelvis renalis, ejusdem ramorum et papillarum renalium figuram refert.

*Magnitudo.* . . Eandem habebat magnitudinem, quam ipse ren, quem explevit.

*Color.* . . . . Albo luteus.

*Superficies externa.* Paulo aspera.

*Massa.* . . . . Valde dura.

*Pondus.* . . . Tres unciae quatuor drachmae et duo scrupuli.

Hunc calculum descripsit atque depinxit filius meus, F. A. WALTER, in *Nouveaux mémoires de l'académie de Berlin*, *année* 1795.

1897. (No. 5.) Calculus renalis praegrandis.

*Aetas.* . . . . Ex viro quinquaginta annorum.

*Figura.* . . . . Fere integrum renem explevit, ut 1896. Pari ratione refert figuram pelvis cum suis ramis et nonnullorum calycum renalium.

*Magnitudo.* . . Quatuor pollices longus, unum pollicem et sex lineas crassus.

*Color.* . . . . Partim brunnus, partim subluteus.

*Superficies externa.* Aspera.

*Massa.* . . . . Duriuscula.

*Pondus.* . . . . Duae unciae, duae drachmae, duo scrupuli et decem grana.

## 1898. (No. 6.) Calculus renalis.

*Aetas.* . . . . Ex viro quadraginta annorum.

*Figura.* . . . . Inaequalis.

*Magnitudo.* . . Unum pollicem longus, tres et dimidiam lineam latus et crassus.

*Color* . . . . Ex pallido luteus.

*Superficies externa.* Inaequalis.

*Massa.* . . . . Duriuscula.

*Pondus.* . . . , Scrupulus unus et decem grana.

*Habitus renum.* . Ambo pure valde exesi.

## 1899. (No. 7.) Quatuor calculi renales.

*Aetas.* . . . . Ex viro quinquaginta annorum.

*Figura.* . . . . Maximus cuneiformis, secundus et tertius globiformis, quartus et minimus oviformis.

*Magnitudo.* . . Maximus pollicem unum longus, decem lineas latus, quinque lineas crassus; secundi et tertii diameter sex linearum; quarti, axis major quatuor lineas, axis minor duas lineas capit.

*Color.* . . . . Omnes ex luteo brunni.

*Superficies externa.* Valde polita.

*Massa.* . . . . Valde dura.

*Pondus.* . . . Maximus drachmam unam, scrupulum unum et sedecim grana; secundus novemdecim grana; tertius sedecim, quartus tria aequat.

*Locus.* . . . . In calycibus renalibus.

*Habitus renis.* Naturalis.

## 1900. (No. 8.) Calculus renalis.

*Aetas.* . . . . Ex viro quadraginta annorum.

*Figura.* . . . . Oviformis.

*Magnitudo.* . . Axis major novem, axis minor quinque lineas aequat.

*Color.* . . . . Fuscus.

*Superficies externa.* Valde aspera.

*Massa.* . . . . Duriuscula.

*Pondus.* . . . Scrupulum unum.

*Locus.* . . . . In uretere sinistro haerebat.

*Habitus renum.* . Ambo renes pure consumti et ureteres dilatati.

## 1901. (No. 9.) Calculus renalis.

*Aetas.* . . . . Ex viro octoginta sex annorum.

*Figura.* . . . Rotunda, compressa.

*Magnitudo.* . . Diameter sex lineas, et duas lineas crassus.

*Color.* . . . . Heluus.

*Superficies externa.* Polita.

*Massa.* . . . . Valde dura.

*Pondus.* . . . Octo granorum.

*Locus.* . . . . In medio rene.

*Habitus renis.* . Exulceratus.

1902. (No. 10.) Calculus renalis.

*Aetas.* . . . . Ex viro triginta sex annorum.

*Figura.* . . . Pelviformis.

*Magnitudo.* . . Duos pollices longus, pollicem unum latus et octo lineas crassus.

*Color.* . . . . Triticeus.

*Superficies externa.* Polita.

*Massa.* . . . Dura.

*Pondus.* . . . Quatuor drachmae et scrupulus unus.

*Locus.* . . . . Maximam partem pelvis renalis et calycum replevit.

*Habitus renis.* . Pure non exesus.

E RENE SINISTRO.

1903. (No. 13.) Calculus renalis.

*Aetas.* . . . . Ex viro quadraginta annorum.

*Figura.* . . . Fere piriformis.

*Magnitudo.* . . Duos pollices longus, in una extremitate pollicem unum et tres lineas, in altera novem lineas crassus.

*Color.* . . . . Nigricans, in nonnullis locis heluus.

*Superficies externa.* Inaequalis et aspera.

*Massa.* . . . . Dura et compacta.

*Pondus.* . . . Uncia una, drachma una et scrupulus unus.

1904. (No. 14.) Calculus renalis.

*Aetas.* . . . . Ex eodem viro 1895.

*Figura.* . . . Oviformis.

*Magnitudo.* . . Axis major quinque et dimidiae lineae, minor quatuor linearum.

*Color.* . . . . Subluteus.

*Superficies externa.* Paulo aspera.

*Massa.* . . . . Valde dura et firma.

*Pondus.* . . . Unus scrupulus et octo grana.

*Locus.* . . . . In infima parte pelvis et in extremitate superiore ureteris haerebat.

1905. (No. 15.) Calculus renalis.

*Aetas.* . . . . Ex viro quadraginta annorum.

*Figura.* . . . Oviformis et compressa.

*Magnitudo.* . . Pollicem unum et tres lineas longus, septem lineas latus, tres lineas crassus.

*Color.* . . . . Aureus.

*Superficies externa.* Aequalis.

*Massa.* . . . Dura.

*Pondus.* . . . Duo scrupuli et duo grana.

1906. (No. 16.) Calculus renalis.

*Aetas.* . . . . Ex juvene viginti quatuor annorum furioso.

*Figura.* . . . Oviformis.

*Magnitudo.* . . Axis major pollicis unius, minor sex linearum.

*Color.* . . . . Brunnus.

*Superficies externa.* Inaequalis.

*Massa.* . . . Fragilis.

*Pondus.* . . . Duo scrupuli et septem grana.

*Locus.* . . . . In medio uretere.

*Habitus renis.* . Leniter pure consumtus et ureter dilatatus.

1907. (No. 17.) Viginti aliquot calculi renales.

*Aetas.* . . . . Ex viro triginta annorum.

*Figura.* . . . Plerique globiformes sunt.

*Magnitudo.* . . Maximus decem lineas longus, septem lineas latus, tres lineas crassus, reliquorum diameter unam vel duas lineas capit.

*Color.* . . . . Maximus habet colorem triticeum, reliquorum color subrufus est.

*Superficies externa.* Maximi calculi inaequalis, caeterorum aequalis et splendens.

*Massa.* . . . . Dura.

*Pondus.* . . . Maximus duos scrupulos et quatuordecim grana, reliqui octodecim grana aequat.

*Locus.* . . . In medio rene.

*Habitus renis.* . Pure consumtus.

1908. (No. 18.) Varia fragmenta calculosa renis.

*Aetas.* . . . . . . Ex viro quadraginta annorum.

*Figura et Magnitudo.* Variant.

*Color.* . . . . . Nonnulli albi, reliqui nigricantes.

*Superficies externa.* Plerumque aspera.

*Massa.* . . . . Spongiosa et fragilis.

*Pondus.* . . . . Scrupuli unius et septem granorum.

*Locus.* . . . . In pelvi renali.

*Habitus renis.* . . Sanus.

1909. (No. 19.) Duo calculi renales.

*Aetas.* . . . . Ex viro quinquaginta annorum.

*Figura.* . . . Major pelvi renali similis, minor rotundus et planus.

*Magnitudo.* . . . Major duos pollices et octo lineas longus, unum pollicem et quinque lineas latus, unum pollicem crassus; minor habet diametrum undecim linearum, et sex lineas crassus est.

*Color.* . . . . . Ex brunno luteus.

*Superficies externa.* Aspera.

*Massa.* . . . . . Dura.

*Pondus.* . . . . Major unciam unam, minor drachmam unam et septemdecim grana.

*Locus.* . . . . . Major in pelvi renali, minor in calyce renali.

*Habitus renis.* . Absque pure.

1910. (No. 20.) Duo calculi renales.

*Aetas.* . . . . . Ex eodem viro 1900.

*Figura.* . . . . Major oblongus et leniter curvus, minor cuneiformis.

*Magnitudo.* . . . Major pollicem unum longus, septem lineas latus, quinque lineas crassus. Minor octo lineas longus, sex lineas latus, quatuor lineas crassus.

*Color.* . . . . . Aureus.

*Superficies externa.* Majoris aspera, minoris aequalis.

*Massa.* . . . . . Valde dura.

*Pondus.* . . . . Amborum, drachma una, scrupulus unus, grana decem.

*Locus.* . . . . . In uretere.

*Habitus renis.* . Purulentus; dextrum ureterem calculus 1900. et ureterem sinistrum hi duo calculi tam arcte claudebant, ut nec minima guttula urinae in vesicam urinariam descendere potuerit, unde miser inter diros dolores spasmodicos quinto die exspiravit.

## SEXUS FEMINEI.

### E RENE DEXTRO.

**1911.** (No. 21.) Calculus renalis.

*Aetas.* . . . . Ex femina quinquaginta annorum.

*Figura.* . . . Triangularis.

*Magnitudo.* . . Pollicem unum et quatuor lineas longus, pollicem unum latus, sex lineas crassus.

*Color.* . . . . Cinericius.

*Superficies externa.* Inaequalis.

*Massa.* . . . . Compacta.

*Pondus.* . . . Drachma una, scrupulus unus et sex grana.

*Locus.* . . . . In pelvi renali.

*Habitus renis.* . Valde pure consumtus.

**1912.** (No. 22.) Calculus renalis.

*Aetas.* . . . . Ex vetula septuaginta annorum.

*Figura.* . . . Ovalis et compressa.

*Magnitudo.* . . Decem lineas longus, sex latus, quinque crassus.

*Color.* . . . . Ex brunno luteus.

*Superficies externa.* Aspera.

*Massa.* . . . . Dura at friabilis.

*Pondus.* . . . Scrupulus unus et novemdecim grana.

*Locus.* . . . . Pelvis renalis.

*Habitus renis* . Gangrenosus.

**1913.** (No. 23.) Tres calculi renales.

*Aetas.* . . . . Ex femina sexaginta annorum.

*Figura.* . . . Triangularis omnibus.

*Magnitudo.* . . . Maximus undecim lineas longus, decem lineas latus et crassus; reliqui sunt minores, quilibet septem lineas longus et crassus.

*Color.* . . . . . Albus.

*Superficies externa.* Levis et polita.

*Massa.* . . . . . Cretae instar.

*Pondus.* . . . . Maximus duas drachmas, duos scrupulos et novem grana, secundus drachmam unam et duo grana, tertius duos scrupulos et sedecim grana.

*Locus.* . . . . . In medio rene.

*Habitus renis.* . Pelvis renalis valde dilatata, ureter naturalis.

1914. (No. 24.) Duo calculi renales.

*Aetas.* . . . . . Ex femina annorum viginti unius.

*Figura.* . . . . Magnus triangularis, minor ovalis et compressus.

*Magnitudo.* . . . Major pollicem unum et duas lineas longus, undecim lineas latus et sex crassus; minor novem lineas longus, septem latus et quinque crassus.

*Color.* . . . . . Niger.

*Superficies externa.* Amborum aspera.

*Massa.* . . . . . Compacta.

*Pondus.* . . . . Majoris duae drachmae; minoris duo scrupuli.

*Locus.* . . . . . In medio rene.

*Habitus renis.* . Gangrenosus, et in substantiam pulposam mutatus. Ren figurae est ovalis, leniter compressae, novem pollices longus, quinque latus et quatuor crassus.

Rarissimum hunc casum filius meus descripsit, et figuris ad naturam delineatis ornavit, in *Nouv. mémoires de l'acad. de Berlin, année* 1796.

**1915.** (No. 25.) Calculus renalis perrarus.

*Aetas.* . . . . Ex femina quadraginta annorum.

*Figura.* . . . Ovalis.

*Magnitudo.* . . Axis major pollicem unum et duas lineas, minor decem lineas aequat.

*Color.* . . . . . Albus.

*Superficies externa.* Aequalis et polita.

*Massa.* . . . Valde dura. Recenter spectatus, h. e. cum a filio meo exsectus esset, pellucidus erat.

*Pondus.* . . . Tres drachmae.

*Locus.* . . . . In medio rene.

*Habitus renis.* . Sanus.

**1916.** (No. 26.) Calculus renalis.

*Aetas.* . . . . Ex femina sexaginta annorum.

*Figura.* . . . Ovalis et compressa.

*Magnitudo.* . . Undecim lineas longus, quinque latus et tres crassus.

*Color.* . . . . . Ex brunno flavus.

*Superficies externa.* Aequalis.

*Massa.* . . . . Valde dura.

*Pondus.* . . . Scrupulus unus et decem grana.

*Locus.* . . . . In medio rene.

*Habitus renis.* . Exulceratus.

**1917.** (No. 27.) Calculus renalis.

*Aetas.* . . . . Ex femina quinquaginta annorum.

*Figura.* . . . Pelvi renali similis.

*Magnitudo.* . . Unum pollicem et novem lineas longus, unum pollicem latus, octo lineas crassus.

*Color.* . . . . Luteo aureus.

*Superficies externa.* Aspera.

*Massa.* . . . . Paulo inaequalis.

*Pondus.* . . . Quatuor drachmae.

*Locus.* . . . . Pelvim renalem implevit.

*Habitus renis.* . Sanus.

1918. (No. 28.) Calculus renalis.

*Aetas.* . . . . Ex femina quadraginta annorum.

*Figura.* . . . Pelvi renali quidem similis at vero eminentiis ornata.

*Magnitudo.* . . Duos pollices et sex lineas longus, pollicem unum et duas lineas latus, sex lineas crassus.

*Color.* . . . . Aureus.

*Superficies externa.* Aspera et micans; microscopio spectata, observantur particulae salinae.

*Massa.* . . . Compacta.

*Pondus.* . . . Tres drachmae, scrupulus unus et decem grana.

*Locus.* . . . . Pelvis et nonnulli calyces renales.

*Habitus renis.* . Nulla exulceratio.

E RENE SINISTRO.

1919. (No. 29.) Duo calculi renales valde differentes.

*Aetas.* . . . . Ex virgine sedecim annorum.

*Figura.* . . . Major cuneiformis, minor globiformis.

*Magnitudo.* . . Major pollicem unum et quinque lineas longus, pollicem unum latus et sex lineas crassus. Minoris diameter septem lineas aequat.

*Color.* . . . . Major albus et uno tantum loco ex brunno gryseus; minor aurantius.

*Superficies externa.* Majoris subcrispa, minoris aequalis et splendens.

*Massa.* . . . . Majoris fragilis, minoris valde dura.

*Pondus.* , . . Major drachmam unam, scrupulum unum et sedecim grana; minor drachmam unam pendit.

*Locus.* . . . . Major in pelvi renali; minor in calyce renali.

1920. (No. 30.) Duo calculi renales, cum magna sabuli copia.

*Aetas.* . . . . Ex femina sexaginta annorum.

*Figura.* . . . Major est fere cylindricus, minor bifurcatus.

*Magnitudo.* . . Major duos pollices longus, sex lineas crassus.

*Color.* . . . . Major maxima ex parte fuscus; una extremitas nigra. Minor subrutilus.

*Superficies externa.* Amborum facies aspera atque inaequalis.

*Massa.* . . . . Amborum massa quidem dura, at fragilis.

*Pondus.* . . . Majoris drachma una, duo scrupuli et duo grana; minoris scrupulum unum, quatuor grana; sabuli pondus duo scrupuli.

*Locus.* . . . . In medio rene.

*Habitus renis.* . In rene multum puris effusum erat.

1921. (No. 31.) Rarissimus et elegantissimus calculus renalis; depictus, vide Tab. I.

*Aetas.* . . . . Ex femina septuaginta annorum.

*Figura.* . . . Stellae similis, ut plerumque ab artificibus pingi solet.

*Color.* . . . . Gryseus.

*Magnitudo.* . . Diameter septem lineas aequat.

*Superficies externa.* Duodecim a se invicem distantes eminentiae in ea numerantur.

*Massa.* . . . . Valde dura.

*Pondus.* . . . Scrupulus unus et decem grana.

*Locus.* . . . . In pelvi renis.

*Habitus renis.* . Sanus. Pelvis leniter dilatata.

1922. (No. 32.) Calculus renalis.

*Aetas.* . . . . Ex femina sexaginta annorum.

*Figura.* . . . Cuneiformis.

*Magnitudo.* . . Pollicem longus et latus, quatuor lineas crassus.

*Color.* . . . . Ex brunno luteus.

*Superficies externa.* Admodum aequalis.

*Massa.* . . . . Compacta.

*Pondus.* . . . Drachma una.

*Locus.* . . . . In medio rene.

*Habitus renis.* . Paulo pure consumtus.

1923. (No. 33.) Calculus renis.

*Aetas.* . . . . Ex eadem femina, 1917.

*Figura.* . . . Pelvi renali similis.

*Magnitudo.* . . Duos pollices et octo lineas longus, pollicem unum latus, sex lineas crassus.

*Color.* . . . . Brunnus. Hinc et illinc punctula lutea micant.

*Superficies externa.* Inaequalis.

*Massa.* . . . . Valde dura.

*Pondus.* . . . Tres drachmae.

*Locus.* . . . . Pelvim renalem explevit.

*Habitus renis.* . Paulo exulceratus.

1924. (No. 34.) Calculus renalis, ex duobus compositus.

*Aetas.* . . . . Ex eadem femina 1918.

*Figura et Magnitudo.* Ambo pelvi renali similes.

*Color.* . . . . . Aureus.

*Superficies externa.* Aspera et splendens. Si microscopio subjicitur, crystallos salinos videmus.

*Massa.* . . . . Dura.

*Pondus.* . . . . Duo drachmae, duo scrupuli et sedecim grana.

*Locus.* . . . . In pelvi renali.

*Habitus renis.* . . Sanus.

## *EX ANIMALIBUS.*

### EX EQUO.

1925. (No. 35.) Quatuor calculi renales, e rene sinistro.

*Figura.* . . . Varia est. Omnes tanquam frustulis rotundis compositi apparent diametro fere lineae. Maximi figura est triangularis imperfecta; reliquorum polygona, unde aegre determinatur.

*Magnitudo.* . . Maximus unum pollicem et quatuor lineas longus, unum pollicem et duas lineas latus, novem lineas crassus; reliqui tres minores sunt.

*Color.* . . . . Ex albo gryseus.

*Superficies externa.* Laevis est.

*Massa.* . . . . Valde dura.

*Pondus.* . . . Maximus quatuor drachmas et septem grana; reliquorum pondus simul sumtum duas drachmas et septem grana aequat.

*Habitus renis.* . Totus pure consumtus.

## EX OVE.

1926. (No. 36.) Calculus renalis.

| | |
|---|---|
| *Figura.* . . . | Rotunda. |
| *Magnitudo.* . . | Diameter undecim lineas capit. |
| *Color.* . . . . | Cinnamomo similis. |
| *Superficies externa.* | Aequalis et splendens. |
| *Maſſa.* . . . . | Valde dura. |
| *Pondus.* . . . | Drachma una, duo ſcrupuli, grana quinque. |

# *CALCULI.*

## URINARII.

### VESICALES.

### *EX HOMINIBUS.*

#### SEXUS VIRILIS.

#### *SPONTE EXCLUSI.*

AEGROTI SUNT SANATI.

1927. (No. 37.) Octo calculi vesicales minores.

*Aetas.* . . . . Ex viro triginta aliquot annorum.

*Figura.* . . . Rotunda.

*Magnitudo.* . . Diameter quinque priorum unam et dimidiam lineam capit; reliqui tres sunt minores.

*Color.* . . . . Luteus.

*Superficies externa.* Polita et splendens.

*Massa.* . . . . Valde dura.

*Pondus.* . . . Omnium tredecim grana.

1928. (No. 38.) Septem calculi vesicales minores.

*Aetas.* . . . . Ex viro triginta aliquot annorum.

*Figura.* . . . Fere rotunda.

*Magnitudo.* . . Diameter trium majorum quatuor lineas capit, reliquorum quatuor unam ad duas lineas.

*Color.* . . . . Ex luteo lacteus.

*Superficies externa.* Aequalis.

*Massa.* . . . . Compacta.

*Pondus.* . . . Omnium scrupulum unum et decem grana.

1929. (No. 39.) Nonaginta aliquot calculi vesicales.

*Aetas.* . . . . Ex viro sexaginta aliquot annorum.

*Figura.* . . . Diversa; plerique ovales sunt.

*Magnitudo.* . . Varia. Axis major plerumque sex lineas, minor tres capit.

*Color.* . . . . Ochraceus.

*Superficies externa.* Admodum aequalis.

*Massa.* . . . . Laxa.

*Pondus.* . . . Omnium duae drachmae et quinque grana.

1930. (No. 40.) Sex minores calculi vesicales.

*Aetas.* . . . . Ex viro quadraginta annorum.

*Figura.* . . . Fere rotunda.

*Magnitudo.* . . Diameter tres lineas aequat.

*Color.* . . , . . Triticeus.

*Superficies externa.* Admodum inaequalis.

*Massa.* . . . . Valde dura.

*Pondus.* . . . Omnium scrupulus et tria grana.

## *ABSQUE SECTIONE EXTRACTI.*

### AEGROTI SUNT SANATI.

1931. Calculus vesicalis.

*Aetas.* . . . . Ex juvene viginti annorum.

*Figura.* . . . Ovalis.

*Magnitudo.* . . Axis major octo, minor fere quatuor lineas habet.

*Color.* . . . . Ex brunno flavus.

*Superficies externa.* . Aspera.
*Massa.* . . . . Dura.
*Pondus.* . . . . Quatuordecim grana.
*Operator.* . . . . Beatus Professor PALLAS.
*Methodus operationis.* Forcipe extractus ex urethra.

1932. (No. 41.) Parvulus calculus vesicalis.

*Aetas.* . . . . . Ex puero trium annorum.
*Figura.* . . . . Ovalis.
*Magnitudo.* . . . Axis major quatuor lineas, minor duas aequat.
*Color.* . . . . . Brunnus.
*Superficies externa.* . Valde aspera.
*Massa.* . . . . Fragilis.
*Pondus.* . . . . Tria grana.
*Operator.* . . . . Beatus Professor PALLAS.
*Methodus operationis.* Forcipe *Cuirette* dicta extractus.

Calculus hic in urethra non procul a glande haerebat.

1933. (No. 42.) Calculus vesicalis.

*Aetas.* . . . . . Ex puero quatuordecim annorum.
*Figura.* . . . . Fere ovalis.
*Magnitudo.* . . . Axis major octo, minor sex lineas.
*Color.* . . . . . Ex brunno luteus.
*Superficies externa.* . Valde aspera.
*Massa.* . . . . Compacta.
*Pondus.* . . . . Scrupulum unum et quinque grana.
*Operator.* . . . . Beatus Professor PALLAS.
*Methodus operationis.* Forcipe *Cuirette* dicta exemtus.

Calculus hic in urethra haerebat.

## Sectione extracti.

### Aegroti sunt sanati.

1934. (No. 43.) Calculus vesicalis.

| | |
|---|---|
| *Aetas.* . . . . . . | Ex viro triginta aliquot annorum. |
| *Figura.* . . . . | Oviformis, compressa. |
| *Magnitudo.* . . . | Pollicem unum et quinque lineas longus, pollicem unum et duas lineas latus, novem lineas crassus. |
| *Color.* . . . . . . | Ex brunno luteus. |
| *Superficies externa.* . | Aspera. |
| *Massa.* . . . . | Compacta et dura. |
| *Pondus.* . . . . | Quinque drachmae et granum unum. |
| *Operator.* . . . . . | Beatus Runge, olim celeber operator Bremensis. |
| *Methodus operationis.* | Sectio lateralis. |

1935. (No. 44.) Calculus vesicalis.

| | |
|---|---|
| *Aetas.* . . . . . . | Ex juvene viginti annorum. |
| *Figura.* . . . . | Rotunda et compressa. |
| *Magnitudo.* . . | Diameter pollicem unum et duas lineas, novem lineas crassus. |
| *Color.* . . . . . . | Meloni simillimus. |
| *Superficies externa.* . | Aequalis. |
| *Massa.* . . . . | Dura. |
| *Pondus.* . . . . | Tres drachmae, duo scrupuli et quinque grana. |
| *Operator.* . . . . . | Beatus Runge. |
| *Methodus operationis.* | Sectio lateralis. |

1936. (No. 45.) Calculus vesicalis.

| | |
|---|---|
| *Aetas.* . . . . . . | Ex infante aliquot annorum. |
| *Figura.* . . . | Oviformis. |

*Magnitudo.* . . . Axis major pollicem unum, minor novem lineas.

*Color.* . . . . . . Meloni admodum similis.

*Superficies externa.* . . Aspera.

*Massa.* . . . . . Compacta.

*Pondus.* . . . . . Drachma una, scrupulus unus et decem grana.

*Operator.* . . . . . Beatus RUNGE.

*Methodus operationis.* Sectio lateralis.

1937. (No. 46.) Calculus vesicalis.

*Aetas.* . . . . . . Ex puero sex annorum.

*Figura.* . . . . . Ovalis et compressa.

*Magnitudo.* . . . . Pollicem et tres lineas longus, undecim lineas latus et septem crassus.

*Color.* . . . . . . . Mali cydonei.

*Superficies externa.* . . Aequalis et splendens.

*Massa.* . . . . . Valde compacta.

*Pondus.* . . . . . Duae drachmae et duo scrupuli.

*Operator.* . . . . . Beatus RUNGE.

*Methodus operationis.* Sectio lateralis.

1938. (No. 47.) Calculus vesicalis.

*Aetas.* . . . . . . Ex viro quadraginta annorum.

*Figura.* . . . . . Ovalis et compressa.

*Magnitudo.* . . . . Duos pollices et tres lineas longus, unum pollicem et decem lineas latus, unum pollicem et quatuor lineas crassus.

*Color.* . . . . . . Ex albo luteus.

*Superficies externa.* . . Aequalis.

*Massa.* . . . . . Valde dura.

*Pondus.* . . . . Duae unciae, una drachma, duo scrupuli, sedecim grana.

*Operator.* . . . . . RUNGE.

*Methodus operationis.* Sectio lateralis.

1939. (No. 48.) Calculus vesicalis.

*Aetas.* . . . . . . Ex viro triginta trium annorum.

*Figura.* . . . . Ovalis et compressa.

*Magnitudo.* . . . Duos pollices et unam lineam longus, pollicem unum et sex lineas latus, pollicem unum et unam lineam crassus.

*Color.* . . . . . . Ex luteo brunnus.

*Superficies externa.* . Admodum aspera.

*Massa.* . . . . Compacta.

*Pondus.* . . . . Uncia una, quatuor drachmae, quatuor grana.

*Operator.* . . . . . RUNGE.

*Methodus operationis.* Sectio lateralis.

1940. (No. 49.) Calculus vesicalis.

*Aetas.* . . . . . . Ex viro sexaginta quinque annorum.

*Figura.* . . . . Fere rotunda et compressa.

*Magnitudo.* . . . Duos pollices, sex lineas longus; duos pollices, tres lineas latus; unum pollicem, sex lineas crassus.

*Color.* . . . . . . Ex luteo brunnus.

*Superficies externa.* . Laevigata.

*Massa.* . . . . Cretacea.

*Pondus.* . . . . Tres unciae, duae drachmae, duo scrupuli, quatuordecim grana.

*Operator.* . . . . Beatus GERVAIS.

*Methodus operationis.* Emendata methodus LE DRAN.

**1941.** (No. 50.) Calculus vesicalis.

*Aetas.* . . . . . . Ex viro triginta annorum.

*Figura.* . . . . Ovalis.

*Magnitudo.* . . . Axis major sex, minor quatuor lineas capit.

*Color.* . . . . . . Nucis juglandis.

*Superficies externa.* . Aspera.

*Massa.* . . . . . Dura.

*Pondus.* . . . . Tredecim grana.

*Operator.* . . . . . SODE.

*Methodus operationis.* Sectio lateralis.

**1942.** (No. 51.) Calculus vesicalis.

*Aetas.* . . . . . . Ex viro triginta sex annorum.

*Figura.* . . . . Ovalis, compressa.

*Magnitudo.* . . . Duos pollices et quatuor lineas longus, pollicem unum et octo lineas latus, pollicem unum et duas lineas crassus.

*Color.* . . . . . . Ex albo triticeus.

*Superficies externa.* . Aequalis.

*Massa.* . . . . . Valde dura.

*Pondus.* . . . . Duas uncias, duas drachmas et septemdecim grana.

*Operator.* . . . . . SODE.

*Methodus operationis.* Sectio lateralis.

**1943.** (No. 52.) Calculus vesicalis.

*Aetas.* . . . . . . Ex puero novem annorum.

*Figura.* . . . . Denti molari cum duabus radicibus plane similis.

*Magnitudo.* . . . . Duos pollices et octo lineas longus, duos pollices et sex lineas crassus in corpore; utraque radix pollicem unum et sex lineas crassa.

*Color.* . . . . . . Ex albo luteus.

*Superficies externa.* . Laevis.

*Massa.* . . . . . Compacta.

*Pondus.* . . . . . Quatuor uncias, unam drachmam, septem grana.

*Operator.* . . . . . SODE.

*Methodus operationis.* Sectio alta.

1944. (No. 53.) Calculus memoratu dignus.

*Aetas.* . . . . . . Ex viro quinquaginta annorum.

*Figura.* . . . . . Piriformis.

*Magnitudo.* . . . . Tres pollices longus; in una extremitate unum pollicem et undecim lineas, in altera unum pollicem et octo lineas crassus.

*Color.* . . . . . . Flavus.

*Superficies externa.* . Admodum aequalis.

*Massa.* . . . . . Valde compacta.

*Pondus.* . . . . . Tres uncias et quatuor grana.

Historia hujus aegroti sequens est: Miser quidem sectione a calculo liberatus fuit, at in perinaeo supervenit fistula, per quam urina defluebat, quare in perinaeo generatus est novus calculus, qui denuo exsectus est.

1945. (No. 54.) Novem calculi vesicales.

*Aetas.* . . . . . . Ex viro sexaginta annorum.

*Figura.* . . . . . Varia; mox triangulares, mox quadrati, mox polygoni sunt. Si omnes hi calculi cum superfi-

ciebus politis uniuntur, formant calculum vesicalem figurae fere ovalis.

*Magnitudo.* . . . . Diameter circiter trium pollicum et sex linearum, et hoc modo integram vesicam urinariam explevit.

*Color.* . . . . . . Glandi similis.

*Superficies externa.* . Polita, splendens.

*Massa.* . . . . Valde dura.

*Pondus.* . . . . Omnium tres unciae, sex drachmae, quatuor grana.

*Operator.* . . . Dominus DUPUIS, chirurgus Mümpelgardensis.

## 1946. (No. 55.) Calculus vesicalis.

*Aetas.* . . . . . . Ex puero novem annorum.

*Figura.* . . . . Ovalis.

*Magnitudo.* . . . . Axis major duos pollices et decem lineas, minor pollicem unum et sex lineas complectitur.

*Color.* . . . . . . Aureus.

*Superficies externa.* . Aequalis et splendens.

*Massa.* . . . . Admodum dura.

*Pondus.* . . . . Quatuor unciae, duae drachmae, duo scrupuli.

*Operator.* . . . . . Beatus PROEBISCH.

*Methodus operationis.* Sectio alta.

## 1947. (No. 56.) Calculus vesicalis.

*Aetas.* . . . . . . Ex puero duodecim annorum.

*Figura.* . . . . Fere rotunda.

*Magnitudo.* . . . . Axis major octo lineas, minor sex lineas habet.

*Color* . . . . . . Triticeus.

*Superficies externa.* Laevis est.

*Massa.* . . . . Talco similis.

*Pondus.* . . . . Scrupulus unus, decem grana.

*Operator.* . . . . Professor PALLAS.

*Methodus operationis.* Sectio lateralis.

1948. (No. 57.) Calculus vesicalis.

*Aetas.* . . . . . . Ex puero sex annorum.

*Figura.* . . . . Fere quadrilatera.
2240. (No. 436.) Exostosis a parte laterali et posteriore ossis maxillaris superioris sinistri juvenis octodecim annorum resecta est. Descripsit hunc memorabilem casum beatus BÜTTNER in suo tractatu germanico: *Fünf besondere anatomisch-chirurgische Wahrnehmungen. Königsberg* 1774. Exostosis ipsa rotunda habet diametrum pollicis unius et quinque linearum, tertium et quartum dentem molarem recondens.

### A CAUSA INTERNA.

2241. (No. 438.) Clavicula dextra, quae exostosi in superficie inferiore corporis pollicem longa et septem lineas crassa est affecta. Ex quadragenario.

2242. (No. 439.) Scapula sinistra viri quadraginta aliquot annorum. In parte inferiori superficiei internae haeret excrescentia duos pollices et duas lineas longa, novem lineas crassa.

2243. (No. 440.) Femur dextrum hominis adulti. In infima colli femoris parte exostosis figurae fere rotundae cernitur, cujus diameter duos pollices aequat.

2244. (No. 441.) Os femoris sinistrum viri triginta aliquot annorum. In superficie anteriore duae observantur exostoses. Prima sedem trochanteris majoris occupat, quinque pollices et duas lineas longa; secundà duos et dimidium pollicem infra trochanterem majorem originem ducit, et quatuor pollices cum dimidio longa est.

2245. (No. 442.) Femur sinistrum quinquagenarii. In media superficie externa corporis haeret exostosis quinque pollices longa.

2246. (No. 443.) In inferiore femoris dextri parte viri sexaginta annorum, paulo supra condylum internum, deprehenditur exostosis duos pollices lata et duas lineas crassa.

## *ANCHYLOSIS.*

2247. (No. 445.) Clavicula, scapula et os brachii sinistrum. Ligamentnm capsulare ex toto fere ossificatum est. Ex viro quadraginta annorum.

3043. Pars superior ossis brachii dextri. Ex viro. Ligamentum capsulare est ossificatum.

2248. (No. 446.) Quarta et quinta vertebra lumborum, ossa pelvis et femoris, capita ossium femoris, fractura soluta. In supercilio acetabuli pendent processus ossei, unum pollicem, decem lineas longi, cum succo osseo, in collo femoris secreto conjuncti. Eadem vis, quae capita femorum, etiam

colla fregerat. Colla novi succi ossei adfluxu cum femorum corporibus cohaerent, minime vero capita, quae in quolibet latere sibi pararunt acetabulum, ita ut in utroque latere duo conspiciantur acetabula. Diu quidem postea vixit haec femina, at difficillimum habuit ingressum. Ex femina triginta aliquot annorum.

2249. (No. 447.) Os brachii dextrum cum ulna et radio hominis adulti. Ab ulna et radio surgit processus osseus triangularis, usque ad os brachii, duos pollices et sex lineas latus, tres pollices, unam lineam longus, novem lineas crassus. Praeter hunc secundus observatur rotundus, novem lineas longus et quatuor crassus, in cavitate articulari ulnae. His processibus osseis antibrachii motus fuit impeditus.

3047. Pars inferior ossis brachii et superior ulnae lateris sinistri, ambae valde tumefactae. Superficies articulatoriae cartilagine obductae ambitu sunt auctae. Ex viro quinquaginta annorum perfectam fere anchylosin inter brachium et antibrachium passo.

3048. Os brachii, radius et ulna lateris dextri. Ex viro quadraginta trium annorum. Extremitas inferior ossis brachii et superior ulnae atque radii ita sunt tumefactae, ut superficies articulares ossium cartilagine obductae ambitu auctae observentur. Praeterea plura frustula ossea speciem ossium sesamoideorum referentia superficies articulares ambiunt.

Tali modo fere perfecta brachii et antibrachii anchylosis adfuit.

2250. (No. 448.) Sex vertebrae dorsales inferiores anchyloticae. Ex viro quadraginta aliquot annorum.

2251. (No. 449.) Anchylosis ossis brachii dextri, ulnae et radii, ex praegressa luxatione orta. Ex juvene novemdecim annorum.

2252. (No. 450.) Os brachii, ulna et radius utriusque lateris succo osseo juncta. Ex quinquagenario.

2253. (No. 451.) Os brachii, radius et ulna lateris sinistri. Ex quadragenario. Orta est haec anchylosis ex praegressa luxatione.

2254. (No. 452.) Ossa brachii et antibrachii lateris sinistri, ex luxatione anchylotica facta. Ex viro sexaginta aliquot annorum.

2255. (No. 453.) Ulna et radius lateris dextri; extremitas inferior radii conjuncta est cum osse naviculari, lunato et cuneiformi carpi. Ex juvene octodecim annorum.

2256. (No. 454.) Os innominatum et femoris lateris dextri hominis adulti; os femoris succo osseo tam arcte in acetabulo retinetur, ut nec minimum vestigium pristinae separationis consuetae supersit. Adhuc rarior est directio ossis femoris; nam os femoris sursum tendit, ita ut condyli ejusdem superiores et caput inferius in acetabulo concreta sint.

2257. Os innominatum sinistrum cum osse femoris. Os femoris in acetabulo succo osseo perfectissime cum osse innominato cohaeret. Os femoris situm naturalem non habet, sed horizontaliter extensum est.

2258. 2259. (No. 455.) Os femoris dextri et sinistri lateris, feminae quadraginta tres annos natae. Patella in sinistro latere loco suo mota, succi ossei ope cum osse femoris juncta est.

2260. (No. 456.) Os femoris, patella, tibia et fibula lateris dextri succo osseo juncta. Ex viro quadraginta sex annorum.

2261. (No. 457.) Similis anchylosis 2260. nempe os femoris, patella, tibia et fibula lateris dextri, succo osseo juncta. Ex viro quadraginta annorum.

2262. (No. 458.) Similis fere est anchylosis 2260. nempe os femoris, patella et tibia lateris dextri, succo osseo inter se cohaerent. Orta est haec anchylosis ex luxatione femoris et cruris. Tibia cum femore ita cohaeret, ut angulum rectum constituant; h. e. tibia in situ horizontali fertur. Ex femina quadraginta septem annorum.

2263. (No. 459.) Tibia et fibula dextra cum talo et calcaneo succo osseo juncta. Ex femina quadraginta quinque annorum.

2264. (No. 460.) Extremitas inferior tibiae sinistrae cum talo anchylosi juncta. Ex viro quinquaginta duos annos nato.

2265. (No. 461.) Pes dexter viri sexaginta unius annos nati. Ossa metatarsi succo osseo cum ossibus cuneiformibus et cuboideo cohaerent. In reliquis ossibus ligamenta capsularia aperta et reclinata sunt, et sic clare videmus superficies articulares materia alba cretacea obductas esse.

2266. No. 462.) Ossa pedis sinistri feminae quinquaginta aliquot annorum. Calcaneus et os cuboideum intime anchylosi juncta sunt.

2267. (No. 463.) Sceleton viri quinquaginta aliquot annorum, in quo omnia ossa a capite ad calcem anchylosi juncta sunt; exceptis claviculis, ossibus pubis et maxilla inferiore. Tristem quidem, verum tamen rarissimum offert hoc sceleton adspectum hominis, qui viginti sex annos tamquam machina rigida in lecto retentus fuit.

2268. Anchylosis maxillae inferioris viri quinquaginta annorum, orta ex carie praegressa et tandem feliciter sanata. In dextro latere succus osseus cum portione marginum dentalium maxillae superioris et inferioris, quae a dente molari minore secundo et dente sapientiae intercipitur, ita ambo ossa maxillaria junxit, ut in unam massam confluxerint, unde maxillae inferioris immobilitas enata est perfecta; licet maxilla inferior suis processibus condyloideis cum osse temporum non fuerit concreta. In dextro latere maxillae superioris et inferioris dens primus molaris anterior, at situ et loco non naturali

observatur; reliqui dentes incisivi, oculares et molares posteriores in latere sinistro maxillae superioris et inferioris deficiunt, et ipsi alveoli obliterati sunt. Unde inter duas maxillas hiatus octo linearum enatus est.

2269. Caput juvenis viginti annorum. In latere sinistro infra processum coronoideum maxillae inferioris observatur tuberculum, cum alio satis conspicuo sedem infra tuberositatem ossis zygomatici habente, junctum. Sic anchylosis inter maxillam inferiorem et os zygomaticum orta est. Maxilla inferior paululum aliam habet directionem; ramus dexter maxillae inferioris, cum suis processibus, condyloideo et coronoideo, altior est sinistro. Processus condyloideus sinister depressior et latior, habet articulationem insolitam cum osse temporum. Tota facies obliquam habet directionem, i. e. ossa faciei dextra cum sinistris comparata symmetria carent; in latere enim dextro altiora, in sinistro depressiora sunt. Ex historia vitae constat, hanc anchylosin in tenerrima aetate e materia scrophulosa, quae in latere sinistro in ulcus apertum abiit, ortam et hinc miserum omni vita sua non nisi jusculis nutritum esse.

2269. *a.* Extremitas inferior antibrachii et manus sinistra. Ex viro quinquaginta annorum vehementi chiragra mortuo. Tendines musculorum, qui extensionem et flexionem digitorum, pronationem atque supinationem manus faciunt, sunt exarati. Ligamentis capsularibus antibrachii, manus et pha-

langum digitorum incisis, superficies articulares in conspectum veniunt, et sic videmus materiam albam calcariam in ipsis tendinibus, ligamenta capsularia tumefacta atque multa materia alba cretacea repleta, superficies articulares pariter materia cretacea obductas esse. Nonnullae phalanges anchyloticae sunt factae. Arteriae subtilissima materia ceracea rubra felicissime impletae in ossibus, tendinibus et ligamentis articulatoriis ſulgent. Elegans est praeparatum. Plura lege in F. A. WALTER *Descriptione musei mei*, Tom. I. No. 289.

# *NECROSIS OSSIUM.*

## A CAUSA EXTERNA.

2270. (No. 465.) Tibia dextra viri quinquaginta aliquot annorum. In extremitate inferiore clare videmus, quomodo os novo succo osseo obducatur.

2271. (No. 466.) Tibia et fibula sinistra viri viginti octo annorum. Elegans sane necroseos exemplum atque rarissimum.

2272. (No. 467.) Quatuor portiones osseae tibiae dextrae juvenis sedecim annorum, extractis his portionibus perfecte sanati.

## A CAUSA INTERNA.

2273. (No. 468.) Brachium dextrum juvenis octodecim annorum.

2274. (No. 469.) Brachium sinistrum hominis adulti.

2275. (No. 470.) Brachium ſiniſtrum hominis adulti. Os brachii totum necroſi affectum eſt.

2276. (No. 471.) Os femoris dextrum juvenis ſeptemdecim annorum. Necroſis ſecundum totam femoris longitudinem extenſa eſt.

2277. (No. 472.) Os femoris dextri lateris viri quadraginta annorum. Extremitatem inferiorem necroſis occupat.

2278. (No. 473.) Tibia et fibula ſiniſtra hominis adulti. Necroſis infimam ſedem tibiae occupat. In hoc praeparato diſtinctiſſime videmus nonnulla fruſtula oſſea ſoluta, et novo cylindro oſſeo incluſa eſſe.

2279. (No. 474.) Tibia, fibula, talus et calcaneus lateris dextri. Ex homine adulto. Eſt hoc praeparatum nitidiſſimum exemplar necroſeos totius oſſium morboſorum collectionis; nam fruſtula oſſea ſeptem pollices longa huc et illuc moveri poſſunt.

2280. (No. 475.) Duae portiones oſſeae, quarum altera tres pollices longa ab oſſe brachii puellae decem annorum detracta eſt, altera tres pollices et dimidium longa a tibia ejuſdem puellae ſoluta eſt. Deinde remotis his fruſtulis perfecte ſanata eſt haec puella.

# *EVANESCENTIA OSSIUM.*

## *CARIES INTERNA.*

AB HUMORIBUS IMPURIS, AËRE INSALUBRI ET MOTU CORPORIS LONGO TEMPORE OMISSO.

2281. (No. 476.) Vertebrae dorsi militis triginta aliquot annorum, quae fere omnes carie consumtae sunt.

AB ACRIMONIA SCROPHULOSA ATQUE VARIOLOSA.

2282. (No. 477.) Vertebrae lumborum, ossa pelvis et dextrum os femoris. Acetabulum dextrum et caput ossis femoris carie ita consumta sunt, ut pus collectum viam in abdomen sibi paraverit. Ex adolescente quatuordecim annorum.

2283. (No. 478.) Utrumque os innominatum, sinistrum femoris et tibiae, pueri duodecim annorum. Os ilei sinistrum et acetabulum carie consumta sunt. Extremitas inferior femoris et superior tibiae pariter carie affectae sunt.

2284. (No. 479.) Os femoris dextrum cariosum ex puero novem annorum.

AB ACRIMONIA VENEREA INVETERATA.

2285. (No. 480.) Dextra clavicula feminae quadraginta annorum. Clavicula carie cribri instar exesa est.

2286. (No. 481.) Clavicula sinistra feminae quadraginta tres annos natae. In extremitate superiore seu externa, clavicula ita carie destructa est, ut in duas portiones fracta sit.

2287. (No. 482.) Os innominatum et femoris sinistrum. Acetabulum et caput ossis femoris valde cariosa sunt. Ex femina quadraginta annorum.

2288. (No. 483.) Os innominatum dextrum hominis adulti. Solum acetabulum carie valde destructum est, illaeso vero femoris capite.

2289. (No. 484.) Os femoris sinistrum, cujus caput a pure in ligamento capsulari collecto arrosum est. Ex femina quadraginta octo annorum.

2290. (No. 485.) Pars superior tibiae et fibulae sinistrae adulti hominis, propter cariem per amputationem resecta.

2291. (No. 486.) Tibia dextra viri quinquaginta annorum carie affecta et amputando resecta.

AB INVETERATA MATERIA VENEREA CUM SCROPHULOSA.

2292. (No. 487.) Os brachii et radius lateris sinistri hominis adulti. Ambo ossa carie valde exesa sunt.

2293. (No. 488.) Os brachii, radius et ulna lateris dextri viri triginta annorum. Extremitas ossis brachii, ulnae et radii carie exesa est.

2294. 2295. (No. 489.) Os femoris, patella, tibia et fibula lateris dextri, viri triginta quatuor annorum. Patella tumefacta figuram sphaericam compressam refert, diameter pollicis et quatuor linearum. In extremitate inferiore femoris,

condyli massa ossea, dura, aspera obducti sunt. In extremitate superiore tibiae condyli simili materia ossea vestiti sunt.

2296. Os femoris lateris dextri, dimidia pars nempe inferior carie arrosa. Ex adulto.

### A materia scrophulosa.

2297. (No. 490.) Os brachii sinistrum virginis novemdecim annorum. Extremitatis superioris caput ex toto fere destructum est; extremitas inferior carie consumta et multis eminentiis asperis obsita cernitur.

2298. (No. 491.) Os brachii sinistrum juvenis septemdecim annorum. Extremitas inferior, praeprimis condylus externus carie consumtus, varias monstrat eminentias asperas.

2299. (No. 492.) Os brachii, radius et ulna lateris dextri juvenis viginti annorum. Extremitas inferior ossis brachii et superior ulnae radiique carie exesae atque asperae sunt.

2300. (No. 493.) Os femoris et tibia dextri lateris feminae quadraginta aliquot annorum. Superficies articulares condyloideae carie asperae redditae sunt.

2301. Extremitas inferior ossis femoris dextri; extremitas superior tibiae et fibulae dextrae, patella. Tibia cum femore ope ligamenti capsularis condyli interni et ligamentorum cruciatorum cohaeret. Patella libera est. Ex juvene viginti annorum chirurgiae studioso et olim discipulo meo. Omnia

supradicta ossa per liquidum articulare acre et in purulentam materiam permutatum carie arrosa, atque superficies articularis valde aspera facta, praeprimis vero facies articularis condyli externi femoris articulationem cum patella iniens valde arrosa est. In superficie posteriore tibiae exostosis generata est, cujus longitudo pollicem integrum et crassities dimidium aequat.

### A RETROPULSIS ERUPTIONIBUS CUTANEIS.

2302. (No. 494.) Scapula et os brachii lateris sinistri feminae. Cavitas glenoidalis scapulae et caput ossis brachii carie fere plane consumta sunt.

2303. (No. 495.) Os femoris dextrum quinquagenariae. Caput carie asperum redditum est, et cartilago illud tegens cribro similis apparet.

2304. (No. 497.) Caput virginis viginti aliquot annorum. In superficie externa utriusque ossis bregmatis et in parte superiore faciei externae ossis frontis eminentiae rotundae modo magis, modo minus, pollicem longae, crispae, porosae sunt, quas fungis comparare licet. Superficies externa ossis zygomatici dextri, porro suprema pars faciei externae alae magnae dextrae ossis sphaenoidalis, superficies externa et interna ramorum maxillae inferioris, asperae atque inaequales a carie factae sunt, ubi apex alae magnae ossis sphaenoidalis cum

osse frontis et bregmatis conjungitur, caries sibi aperturam paravit tres lineas longam, novem lineas latam. In orbita dextra paries internus et externus asper et perforatus est. Tandem processus zygomaticus ossis temporum dextri carie consumtus est.

2305. (No. 498.) Capitis pars inferior viri. Processus mammillaris dexter carie exesus et perforatus.

2306. (No. 499.) Os sterni viri triginta annorum. Corpus carie consumtum est.

2307. (No. 500.) Costa septima sinistra carie adfecta. Ex femina quinquaginta annorum.

2308. (No. 501.) Clavicula dextra viri triginta annorum. Clavicula haec olim in parte posteriore corporis transversim fracta, at multo succo osseo rursum unita fuerat. Elapsis nonnullis annis supervenit caries, quae extremitatem ejusdem erosit.

### A cancro puro.

2309. (No. 503.) Caput viri. Corpus maxillae inferioris materia cancrosa arrosum.

2310. (No. 504.) Caput feminae viginti aliquot annorum. Pars posterior ossis zygomatici, processus zygomaticus ossis temporum, atque processus dentalis ossis maxillaris dextri, et dextra pars maxillae inferioris, plane destructa.

2311. (No. 505.) Caput viri. Sinistra pars maxillae inferioris usque ad dentem molarem tertium pure cancroso consumta est, neque minus facies externa ossis malae dextrae arrosa est.

2312. (No. 506.) Caput feminae quadraginta annorum. Pars inferior laminae externae ossis frontis, os zygomaticum sinistrum et portio externa corporis ossis maxillaris sinistri destructa et in antrum Highmori patet via.

2313. (No. 507.) Caput viri. Ossium capitis destructionem a cancro sistit, qua in museo nulla est major. In dextro faciei latere omnia ossa, imo ipsa maxilla inferior; in sinistro omnia ossa cavum narium et palatum componentia pure cancroso consumta sunt; porro facies anterior externa corporis ossis maxillaris sinistri ita exesa est, ut in maxillae sinum via pateat. Processus zygomaticus sinister et corporis maxillae inferioris pars sinistra pariter miasmate cancroso deleta.

2314. (No. 508.) Caput feminae. Portio lateralis sinistra ossis frontis, angulus anterior, inferior ossis bregmatis, portio anterior partis squamosae ossis temporum sinistri, et ala magna ossis sphaenoidalis, cancro consumta.

2315. (No. 509.) Caput viri. Portio inferior partis frontalis ossis frontis et portio anterior partis orbitalis ossis frontis, ossa nasi, lacrymalia, pars superior processus nasalis, ossis maxillae superioris, utraque concha inferior, portio anterior ossis ethmoidalis, miasmate cancroso destructa.

2316. (No. 510.) Caput feminae ſeptuaginta annorum. Os maxillare ſuperius ſiniſtrum usque ad proceſſum ejus naſalem, oſſis zygomatici portio anterior et inferior, portio anterior partis horizontalis oſſis palatini ſiniſtri, concha inferior ſiniſtra, et tota maxilla inferior usque ad proceſſum condyloideum dextrum cancro conſumta.

2317. (No. 511.) Caput feminae quadraginta quatuor annorum. Proceſſus naſalis utriusque oſſis maxillaris ſuperioris, oſſa naſalia, portio anterior oſſium lacrymalium, extremitas anterior, et pars perpendicularis oſſis ethmoidalis, portio anterior vomeris et concha inferior ſiniſtra cancro arroſa.

2318. (No. 512.) Maxilla inferior viri ſexaginta annorum, in parte ſiniſtra cancro exeſa.

2319. (No. 513.) Maxilla inferior viri quinquaginta aliquot annorum, miasmate cancroſo ita arroſa, ut in tres portiones, duas laterales et in intermediam diviſa ſit.

## A MIASMATE VENEREO PURO.

### SANATA.

2320. Caput cum maxilla inferiore viri triginta ſex annorum. Oſſa naſalia, proceſſus naſalis maxillae ſuperioris et omnia reliqua oſſa cavum narium, exceptis partibus horizontalibus oſſium palatinorum, componentia plane conſumta ſunt. Infelix ſanatus plures poſtea vixit annos.

2321. (No. 514.) Caput feminae quadraginta trium annorum. Ossa nasalia et processus nasalis ossium maxillarum superiorum carie venerea arrosa, postea inter se juncta et complanata; ossa unguis sunt paululum arrosa, ossa cavo narium contenta, sunt consumta. Figura piriformis aperturae anterioris nasi in figuram fere rotundam mutata est. Interim femina haec sanata, sana et vegeta plures annos vixit.

2322. Caput feminae triginta duorum annorum. In cavo narium omnes cellulae ossis ethmoidalis et conchae lue venerea destructae sunt. Porro pars intermedia maxillae superioris, quatuor dentes incisivos continens, pariter est arrosa; tandem nasus externus cartilagineus est destructus. Attamen sanata est, et quod reliquum vitae fuit, hilaris vixit. Vide 788.

2323. (No. 515.) Caput sexagenariae. Ossa nasi, suprema pars processus nasalis utriusque ossis maxillaris superioris arrosa et complanata. Os lacrymale in utraque orbita cum ethmoidali et processu nasali ossis maxillaris tam arcte cohaeret, ut canalis nasalis omnino sit clausus. Ossa in cavitate narium recondita plane deficiunt; hinc non nisi unica praegrandis efformatur cavitas narium septo intermedio destituta.

2324. (No. 516.) Caput quinquagenarii. Ossa nasi cum processibus nasalibus ossium maxillarium superiorum arrosa, inter se juncta et complanata sunt. Ossa cavi narium omnino sunt deleta. Apertura inferior canalis nasalis clausa est; nasus

externus seu mollis vel mobilis pure venereo destructus. Nihilominus vulnus mirifice et affluente novo succo osseo sanatum est.

2325. (No. 517.) Caput adulti. Superficies externa ossis frontis et amborum ossium bregmatis aspera apparet.

2326. (No. 518.) Cranium feminae triginta aliquot annorum. Lamina externa partis superioris ossis frontis destructa est.

NON SANATA.

2327. (No. 520.) Caput feminae. Portio superior superficiei ossis frontis carie aspera reddita est. Cellulae ethmoidales, conchae inferiores, integrum fere septum narium, os palatinum dextrum, processus pterygoideus ossis sphaenoidalis dexter, pars posterior ossis maxillaris dextri carie destructa.

2328. (No. 521.) Caput viri. Os bregmatis sinistrum partim carie exesum, partim lamina externa destructa est. Porro gingivarum exulceratio maxillae superioris portionem, ubi dens molaris secundus et tertius sedem habet, arrosit.

2329. (No. 522.) Caput viri. Omnia fere ossa faciei carie consumta sunt; sinistra pars maxillae inferioris integra relicta.

2330. (No. 523.) Caput feminae viginti aliquot annorum. Nullum hoc capite magis corrosum museo continetur atque unicum tantae destructionis exemplum. In dextro ossis frontis latere a carie apertura unum et dimidium pollicem aequans facta est, os bregmatis dextrum cribri instar perforatum, sini-

strum hinc et illinc arrosum, in latere dextro faciei omnia ossa facialia, porro anterior portio partis squamosae ossis temporum, et dextra portio ossis sphaenoidalis ex toto corrosae sunt. In latere sinistro faciei os maxillare superius, excepto apice, processus nasalis, sinistra portio ossis ethmoidalis, concha inferior, et pars horizontalis ossis palati deficiunt. Ita via quocunque in cavum cranii patet.

2331. (No. 524.) Caput viri quadraginta sex annorum. Superficies externa ossis frontis et utrumque os jugale, praeprimis sinistrum, corrosa sunt. In cavo narium omnia ossa devastata sunt; processus palatinus ossium maxillarium superiorum et pars horizontalis ossium palatinorum deficiunt. Media portio corporis maxillae inferioris destructa est, unde in partes duas divisa apparet.

2332. (No. 525.) Caput feminae quadraginta septem annorum. Superficies externa utriusque bregmatis et ossis frontis, arrosa, aspera atque nigricans est. In dextro capitis latere portio ossis frontis et bregmatis carie ablata, aperturam efformat duos pollices et dimidium aequantem. Processus zygomaticus, ossa temporum, superficies externa ossium malae, ossa nasalia, et portiones superiores processuum nasalium maxillae superioris, carie arrosa et aspera reddita.

2333. (No. 526.) Caput feminae duodeviginti annorum. Sinistra pars superficiei externae ossis frontis carie afflicta est.

2334. (No. 527.) Caput feminae quinquaginta aliquot annorum. Lamina externa partis frontalis ossis frontis destructa est, ipsa lamina interna nonnullis locis perforata est, in latere dextro via ad sinus frontales patet.

2335. (No. 528.) Caput quadragenariae. In latere dextro os nasi, os lacrymale, portio superior processus nasalis ossis maxillaris, cellulae ethmoidales et concha inferior; in latere sinistro extremitas inferior ossis nasi, portio superior processus nasalis ossis maxillaris, et tandem anterior portio partis perpendicularis ossis ethmoidalis carie adflictae sunt.

2336. (No. 529.) Caput quinquagenariae. Inter articulationem ossis temporum sinistri cariosum est.

2337. (No. 530.) Os frontis viri. Superficies externa scabra est.

2338. (No. 531.) Os frontis feminae quadraginta aliquot annorum. In latere dextro ejusdemque parte superiore portio carie consumta eaquè apertura pollicem unum longa et dimidium lata est.

## *CARIES EXTERNA.*

### AB ULCERIBUS VEL PURE INTER MUSCULOS COLLECTO.

2339. (No. 532.) Cranium virginis viginti annorum tinea affectae. Pure, lamina externa superioris partis ossis frontis, amborum ossium bregmatis, et occipitis abrasaest. Cutis cranium tegens caute relicta est, ut tineae vestigia dignoscantur.

2340. (No. 533.) Cranium feminae. A pure inter integumenta capitis externa et ossa collecto, cranii ossa ita corrosa sunt, ut hinc et illinc pus ossa perforaverit et in cavum cranii sibi viam patefecerit. Trepanatio tribus locis, prima in regione verticali, secunda in medio osse bregmatis dextro, tertia in medio osse bregmatis sinistro, absque levamine aegrotae instituta est.

2341. (No. 534.) Cranium viri triginta aliquot annorum. Ulcere in cranii integumenta superveniente, in latere dextro ossis frontis, ubi conjungitur cum osse bregmatis dextro, portio ejusdem rotunda decem lineas aequans exsculpta est.

2342. (No. 535.) Cranium viri quadraginta septem annorum. Ulcere ibi sedem habente, ubi anguli anteriores et superiores ossium bregmatis suturae ope conjunguntur, ossa parietalia ita consumta sunt, ut apertura rotunda decem linearum diametrum habens exorta sit.

2343. (No. 536.) Cranium viri quadraginta sex annorum. Pus inter duram matrem et ossa bregmatis collectum duas aperturas fecit. Prima in medio margine posteriore, ubi cum margine superiori sinistro ossis occipitis conjungitur; secunda nondum perfecta in medio inferiori osse bregmatis dextro; in hoc lamina interna pure consumta, verum externa nondum perforata apparet.

2344. (No. 537.) Caput viri triginta aliquot annorum. Superficies ossis frontis et utriusque bregmatis diversis locis paene corrosa est.

2345. (No. 538.) Caput viri triginta annorum. Superficies utriusque ossis bregmatis nonnullis locis arrosa est.

2346. (No. 539.) Scapula dextra quinquagenarii. Superficies superior acromii, margo superior spinae et pars superior marginis posterioris scapulae paene corrosa.

2347. (No. 540.) Scapula et brachium lateris sinistri feminae triginta annorum. Processu coronoideo et portione cavitatis glenoidalis scapulae externa vi fractis et capite ossis brachii vehementer concusso, in cavitate glenoidali pus secretum fere supremam partem ossis brachii et cavitatem glenoidalem consumsit; suppressa vero suppuratione ossa ita sanata sunt, ut os brachii, et reliqua extremitatis superioris ossis brachii portio, novam sibi cavitatem glenoidalem non procul a spina scapulae paraverit, quae a continuo motu, hinc a continua frictione polita apparet. Extremitas superior ossis brachii a continua frictione pariter laevigata speciem capitis incompleti refert. Femina haec recuperata valetudine plures annos vixit atque brachium sinistrum modice movere potuit.

2348. (No. 541.) Brachium sinistrum quinquagenarii. In medio brachio pus inter musculos depositum os brachii medium arrosit.

2349. (No. 542.) Os innominatum dextrum viri quadraginta trium annorum. Pus inter musculum iliacum internum et superficiem internam ossis ilei secretum superficiem internam hinc et illinc non tantum arrosit, verum etiam perforavit.

2350. (No. 543.) Os femoris dextrum viri triginta aliquot annorum. Pure inter musculos collecto, in facie posteriore partis superioris arrosum.

2351. (No. 544.) Os femoris dextrum juvenis novemdecim annorum. In superficie posteriore pure arrosum.

2352. (No. 545.) Calcaneus lateris sinistri quadragenarii. In parte anteriore superficiei inferioris pure arrosus.

### A LAESIONE PARTIUM OSSA TEGENTIUM ORTA, QUAE DEINDE IN SUPPURATIONEM ABIIT.

2353. (No. 546.) Tibia dextra quadragenariae. Ex laesione partium externarum in superficie anteriore et interna pure arrosa.

2354. (No. 547.) Tibia sinistra viri quadraginta quinque annorum. Praegressa laesione et accedente suppuratione partium externarum, in superficie anteriore et interna corporis, pure arrosa et consumta; praeterea in extremitate inferiore multis spinis osseis obsita est.

2355. (No. 548.) Tibia dextra quinquagenarii. A laesione partium eam tegentium ita tumefacta, ut ejus figura triangularis

in rotundam fere unum pollicem et sex lineas craſſam, in anteriore ei interna facie arroſam commutata ſit.

2356. (No. 549.) Tibia ſiniſtra quinquagenarii in ſuperficie anteriore et interna pure arroſa.

2357. (No. 550.) Tibia dextra viri, ex ictu partibus externis ſuperficiei anterioris et internae corporis inflicto, carie arroſa.

2358. (No. 551.) Tibia ſiniſtra viri in ſuperficie anteriore et interna pure ita arroſa, ut apertura in cavum oſſis hians rotunda quatuor linearum diametrum complectatur. Praeterea tibia eodem loco leniter tumefacta et aſpera eſt.

2359. (No. 552.) Tibia ſiniſtra quinquagenarii in ſuperficie anteriore et interna corporis arroſa.

2360. (No. 553.) Tibia ſiniſtra viri in medio corpore leniter tumefacta et pure arroſa.

2361. (No. 554.) Tibia et fibula lateris ſiniſtri ex quadragenario. Tibia praegreſſa partium externarum laeſione in ſuperficie corporis anteriore et interna carie arroſa eſt. Fibula ſecundum omnem longitudinem ſpina ventoſa primae ſpeciei adfecta eſt.

2362. (No. 555.) Etremitas ſuperior tibiae dextrae viri triginta annorum. Amputatae longinqua ſupervenit ſuppuratio, qua uſque ad condylos conſumta eſt.

2363. (No. 556.) Tibia et fibula lateris ſiniſtri viri quadraginta annorum. Tibia in ſuperficie anteriore et interna

cariosa est; in fibula diversis locis spinae ventosae vestigia observantur.

## *CARIES SPURIA.*

### A VICINITATE VEL PARTIUM MOLLIUM INDURATARUM, VEL ANEVRISMATUM ORTA.

2364. (No. 557.) Cranium juvenis viginti duos annos nati. In latere dextro ejusque parte antica, inter os frontis et bregmatis, apertura tres pollices octo lineas longa, tres pollices quatuor lineas lata conspicitur. Orta est haec destructio a pressione tumoris his ossibus incumbentis. Novi hunc infelicem juvenem a condiscipulatu mihi familiarem, et singularis hujus casus historiam beatus BÜTTNER in tractatu suo germanico: *In vielen Jahren gesammelte Wahrnehmungen. Königsberg* 1768. descriptum dedit.

2365. (No. 559.) Caput virginis viginti annorum. Sub apophysi zygomatica ossis maxillaris sinistri tumor, qui os maxillare premendo fossam decem lineas amplam et octo profundam sibi paravit, enatus est.

2366. (No. 562.) Os femoris et tibia lateris dextri viri triginta aliquot annorum. Superficies posterior inter condylos ossis femoris, pressione anevrismatis arteriam popliteam obsidentis, in planam et aequalem faciem commutata est. Vide 1542.

DESTRUCTIO MAXILLARUM IN SUMMA SENECTUTE.

2367. (No. 564.) Caput feminae annorum octoginta unius. Margo dentalis maxillae superioris et inferioris ita destructus est, ut ne alveolorum quidem vestigia supersint.

2368. (No. 565.) Caput feminae octoginta aliquot annorum. Dentes et alveoli aeque ac 2367. sese habent.

2369. (No. 566.) Caput feminae octoginta annorum. Eundem quem 2367. adspectum praebet.

2370. (No. 567.) Caput sexagenarii, quod, dum vivebat, saepe lue venerea adfectum fuit, ossa in posteriore capitis parte papyri instar extenuata sunt.

2371. (No. 568.) Caput feminae septuaginta aliquot annorum. Ossa cranii tenuia, levia atque aspera propter miasma venereum in corpore relictum evadere incipiunt.

2372. (No. 569.) Caput viri triginta annos nati, cujus cranii ossa propter miasma venereum in corpore latens valde tenuia et in nonnullis locis pellucida facta sunt. In sinistro latere ossis frontis et ala magna ossis sphaenoidalis cribri instar perforata sunt.

2373. (No. 570.) Caput feminae septuaginta aliquot annorum. Omnia capitis ossa valde tenuia et levia sunt, suturis ossium cranii obliteratis. In medio osse bregmatis sinistro apertura adest, cujus diameter pollicem aequat.

# *FRACTURAE OSSIUM.*

## *OSSA CRANII.*

2374. (No. 572.) Cranium juvenis viginti duorum annorum, qui ictu gladii in latere sinistro cranii vulneratus fuit. Ictus autem penetravit os bregmatis et partem superiorem ossis occipitis, unde apertura quatuor pollices longa, duos lata exorta est; praeterea os bregmatis sinistrum medium usque ad conjunctionem ossis frontis fissa. Juvenis vulneratus fuit decimo quarto Octobris 1758 et obiit nono mensis Martii 1759. Vulnus ossibus cranii inflictum ita clausum est, ut pars ossea nondum restituta membrana singulari claudatur, et clare videre liceat, margines vulneris esse extenuatos et succum osseum a peripheria quasi ad centrum affluentem anniti, ut vulnus claudat.

2375. (No. 573.) Cranium viri. In latere sinistro os frontis et bregmatis ictu gladii ita laesa sunt, ut hiatus tres pollices et tres lineas longus, septem lineas latus factus sit, periosteo interno illaeso, arcte cum ossibus cohaerente et vulnus claudente. Clare observare valemus, succum osseum e marginibus ossium extenuatis effluentem vulnus claudendi initium facere.

2376. (No. 574.) Cranium viri quadraginta aliquot annorum, qui ictu gladii in sinistro cranii latere ita vulneratus est, ut

portio laminae externae ossis bregmatis sinistri duos pollices longa et unum cum dimidio lata soluta, lamina vero interna illaesa sit, excepta portiuncula, quae deficit. Praeterea os bregmatis usque ad conjunctionem cum parte squamosa ossis temporum sinistra fissum est. Vulnus ex toto fere clausum.

2377. (No. 575.) Caput feminae viginti aliquot annorum. Carie a lapsu orta os bregmatis sinistrum quidem arrosum, postea vero vulnus sanatum et plane fere clausum est.

2378. (No. 576.) Cranium adulti. Laesione externa vulnere unum pollicem et octo lineas longo parti inferiori superficiei externae ossis bregmatis sinistri inflicto lamina externa plenarie soluta, interna vero tantum depressa est. Vulnus omnino paene clausum est, et homo plures postea annos vixit.

2379. (No. 577.) Cranium viri. Ictu gladii in latere sinistro os frontis a margine superiore orbitae sinistrae usque ad dimidium os bregmatis sinistrum ita fissum est, ut antrorsum, ambabus laminis fissis, retrorsum vero ictus non nisi ad laminam internam penetrarit. Vulnus paene ex toto succo osseo repletum est.

2380. (No. 578.) Cranium juvenis viginti annorum. Ictu gladii inferior ossis bregmatis sinistri pars, os vero occipitis usque ad os bregmatis dextrum fissum. Ictus non ambas laminas, sed tantum extimam penetravit, interna leniter tantum depressa. Affluente novo succo osseo vulnus omnino clausum

est, licet juvenis paucos tantum menses accepto vulneri superstes fuerit.

2381. (No. 579.) Caput viri quinquaginta annorum. Misero huic, ter in sutura lambdoidea, cranium trepano apertum fuit. Vulnera in partibus mollibus facta plane clausa sunt, aperturae vero in ossibus factae tantum ad dimidium clausae sunt. Tribus post trepanationem annis, effuso in basin cranii pure, miser humum collapsus protinus exspiravit.

2382. (No. 580.) Cranium viri quadraginta octo annorum. Vulnere lateri sinistro inter os bregmatis et occipitis inflicto nonnullae fissurae sunt enatae, quare ibidem trepanatio instituta est, qua peracta symptomata mitigabantur. Elapsis nonnullis septimanis symptomata periculosa denuo trepanationem postulabant, quae duabus vicibus repetita est; at miser hic fato suo concedere coactus fuit. Loco, quo prima trepanatio adhibita fuit, apparet portio laminae internae pollicem et tres lineas longa, unum pollicem lata ab externa vulnere soluta, denuo cum externa effuso succo osseo cohaerens; porro margo aperturae ipsius centrum versus extenuari incipit, quod est signum certissimum, naturam aperturae conjunctionem moliri voluisse; secunda et tertia apertura immutata.

2383. (No. 581.) Cranium viri triginta aliquot annorum. Ictu gladii capiti inflicto os bregmatis dextrum et sinistrum fissum;

cum vero ictus non ad laminam internam penetrasset, nihil a lamina externa solutum fuit, superveniente vero longa suppuratione homo exspiravit. In hoc cranio portionem laminae externae tres pollices et novem lineas longam, duos pollices et quatuor lineas latam a lamina externa solutam videre licet.

2384. (No. 582.) Cranium viri annorum triginta unius. Misero hujus capitis, ictus gladii inflictus est partem posteriorem et superiorem ossis bregmatis dextri solvens. Portio haec ossea duos pollices et quinque lineas longa, pollicem unum et tres lineas lata est. Praeterea ossis occipitis pars superior fissuram habet. Superveniente suppuratione ossibus pure arrosis, aegrotus extinctus decessit.

2385. (No. 583.) Cranium viri triginta aliquot annorum. Lapsu in latere sinistro os frontis ita fissum est, ut tota fere pars sinistra ossis frontis fracta sit, unde infelix paulo post exspiravit.

2386. (No. 584.) Cranium adulti, qui plagam accepit in latere dextro ossis frontis paulum supra sinum frontalem, quo pus transsudavit inter periosteum internum et laminam internam ossis frontis, quod os frontis loco laeso arrosit. Trepanatio ter instituta fuit, at infelix morbo succubuit.

2387. (No. 585.) Cranium viri triginta annorum. Ictu gladii os frontis in sinistro latere usque ad conjunctionem cum osse bregmatis fissum. Pus inter periosteum et laminam internam

ossis frontis arrosit ossis frontis laminam internam, et licet bis repeteretur trepanatio, infelix nihilominus diem supremum obiit.

2388. (No. 586.) Cranium juvenis militis sedecim annorum, cujus os bregmatis sinistrum ictu gladii ita fissum est, ut anguli figuram, cujus apex posteriora versus est, repraesentet. Ambae laminae fissae sunt. Pus inter duram matrem et laminam internam ossis frontis collectum eam arrosit.

2389. (No. 587.) Cranium viri triginta annorum. Globi ictu lamina externa ossis bregmatis in margine superiori et in medio osse bregmatis depressa fuit, verum paucis post operationem diebus miser exspiravit.

2390. (No. 588.) Cranium feminae triginta annorum. A laesionibus externis in parte anteriore et inferiore ossis bregmatis sinistri, et in ipso osse frontis fissurae sunt ortae. Repetitis vicibus trepanatio peracta fuit, ingruente vero suppuratione aegra oppressa est.

2391. (No. 589.) Os bregmatis sinistrum juvenis viginti aliquot annorum ictu gladii fere ex toto fissum. Trepanatione incassum adhibita infelix diem suum obiit.

2392. (No. 590.) Caput viri triginta aliquot annorum. Lapsu in latus dextrum capitis, fissurae in parte squamosa ossis temporum sinistri, in parte superiore alae magnae ossis sphaenoidalis et in parte inferiore ossis bregmatis factae sunt.

Multo pure in basi cranii collecto, integra fere pars petrosa ossis temporum dextri consumta est.

2393. (No. 591.) Caput viri quadraginta annorum. Contusione in sinistro capitis latere, pars squamosa fissa est. Pus in superficie interna et externa ossium cranii lateris sinistri collectum non tantum ossa arrosit, verum etiam aperturam sibi paravit, in parte inferiore ossis bregmatis sinistri, satis conspicuam.

2394. Cranium viri triginta duorum annorum. In hoc observamus sex vulnera gladii ictu inflicta. Primum et secundum factum est in media parte ossis bregmatis. In primo vulnere anteriori ictus gladii laminam externam solvit, quae rursus succo osseo accedente, cum lamina interna fere conjuncta est. Tertium vulnus, ossi bregmatis sinistro inflictum, suturam sagittalem penetravit. Quartum vulnus os bregmatis sinistrum et angulum lambdoideum ossis occipitis transiit. In quinto vulnere, supremam et posteriorem sedem ossis bregmatis occupante, lamina externa ossis bregmatis soluta et rursus succo osseo est commissa; sextum vulnus, non procul a sutura sagittali medio fere ossi bregmatis inflictum, profundissimum est et duas laminas penetravit. Homo duobus mensibus post, vulneribus acceptis exspiravit.

2395. Caput viri triginta quinque annorum. In latere dextro pars squamosa ossis temporum ictu gladii fissa tanta vi est,

ut os bregmatis ejusdem lateris infra planum semicirculare ita depressum sit, ut ampla et profunda fossa hoc in loco orta sit. Pars squamosa rursus succo osseo conjuncta est, et homo plures postea vixit annos.

## *OSSA IN CARTILAGINE GENERATA.*

### HOMINES REUNIONI NON SUPERVIXERUNT.

2396. (No. 592.) Scapula dextra juvenis septemdecim annorum. Ictu gladii spina scapulae fissa, juvenis statim exspiravit.

2397. (No. 593.) Femur, patella, tibia et fibula lateris sinistri. Ex quinquagenario. Os femoris plures annos ante obitum hujus viri, in medio corpore fractum postea quidem reunitum, sed male, nam femur brevius et curvum evasit. Fracturae connexa fuit luxatio femoris, tibiae et patellae, quam non repositam anchylosis inter femur, patellam et tibiam subsecuta est. Nonnullos post annos femur iterum in extremitate inferiore supra condylos transversim fractum est; et anchylosi inter os femoris et tibiam nondum satis compacta atque firma, os femoris a tibia recessit; patella vero firmiter anchylosis ope cum osse femoris cohaesit. Reunio femoris per callum misero non contigit, nam paucis diebus post fracturam elapsis exspiravit.

2398. (No. 594.) Tibia dextra feminae quadraginta annorum, undecim dies post fracturam mortuae. Tibia per fracturam

obliquam in parte inferiore corporis in duas partes divisa est. Partium fractarum margines succum osseum exsudant, in plures inaequalitates mutatum, quae siccae durae sunt; recenti vero vulnere tamquam gluten valde inspissatum tangebantur.

2399. (No. 595.) Os brachii cum ossibus antibrachii viri triginta aliquot annorum. Os brachii in parte inferiore corporis per fracturam obliquam in duas portiones divisum est. Reunio per callum non est subsecuta. Margines portionum fractarum succo osseo circumfusi sunt, in articulatione brachii cum radio et ulna pus repertum, quod os brachii, imprimis vero ulnam et radium arrosit. Effuso pure radius cum ulna per anchylosin junctus est. Aeger paucis mensibus febre hectica correptus extinctus est.

2400. (No. 596.) Os femoris quadragenarii. Femur in medio corpore fractura obliqua solutum; margines fracti succo osseo circumfusi conjungi coeperunt. Duodecimo die obiit.

2401. (No. 597.) Os femoris dextrum viri, in inferiore parte corporis fractura obliqua solutum. Succus osseus quidem effusus est, cum vero frustula ossea male collecta essent, et haec tamquam apices pungentes partes molles irritarent, pus effundebatur, quo ipse succus arrosus, aegroto paucos menses post fracturam mortem attulit.

2402. (No. 598.) Os femoris dextrum viri sexaginta aliquot annorum, inter duos trochanteres fractum; callus quidem

generatus est, superveniente vero inflammatione et suppuratione reunio non subsecuta est, et homo tribus hebdomadibus post obiit.

2403. (No. 599.) Os femoris sinistrum sexagenarii, in collo inter duos trochanteres fractum. Callus quidem generatus est, verum propter suppurationem accedentem fracturae extremitates conjungi non potuerunt; unde tribus post fracturam hebdomadibus aeger mortuus est.

2404. (No. 600.) Os femoris sinistrum viri triginta annorum, per fracturam obliquam in medio corpore in tres partes divisum. Margines fracti succum osseum effusum monstrant, sed propter irritationem festucarum suppuratio in partibus mollibus accessit, unde nulla subsecuta est partium fractarum reunio, et aeger obiit tertia septimana.

2405. 2406. (No. 601.) Os brachii sinistrum viri septuaginta duorum annorum, in medio corpore oblique in duas partes fractura divisum. Vasa totius extremitatis superioris subtilissima materia ceracea rubra expleta sunt; periosteum innumerabilibus vasis pictum, de consilio relictum est. Succus osseus quamlibet portionem fractam tegit; superveniens tamen suppuratio perfectam reunionem impedivit. Aeger gangraena quinta septimana extinctus decessit.

2407. (No. 602.) Os innominatum et os femoris sinistrum, cujus caput cum collo fractum est. Ex viro. In extremitate

superiore ossis femoris, ubi fractura accidit, magna succi ossei duri atque compacti copia effusa est, qui in diversas eminentias acutas abiit; collum vero cum extremitate superiore non est conjunctum, propter supervenientem suppurationem, qua aegrotus paucos menses post fracturam extinctus est.

2408. (No. 603.) Os femoris dextrum viri quadraginta aliquot annorum, in medio corpore in varia frustula fractum. Licet succus osseus magna copia affluxerit atque callum formaverit, figuram uvae referentem, et cujus circumferentia tres pollices capit; propter festucas tamen per callum non unitas, partes vicinas pungentes, perfecta consolidatio femoris non subsecuta est. Accedente febre hectica tribus post fracturam annis miser obiit.

2409. (No. 604.) Os brachii cum ulna et radio lateris dextri, viri quinquaginta aliquot annorum. Os brachii et radius in medio corpore fractura transversali in duas partes soluta; succus osseus exigua copia effusus, neque compactus, neque durus est, et licet suppuratio non admodum larga fuerit, partes tamen fractae callo non conjunctae sunt. Quinque annis elapsis febre hectica aeger decessit.

2410. (No. 605.) Fractura primae, secundae et tertiae vertebrae lumborum. Vertebrae dorsi, lumborum, os sacrum et coccygis. Costae utriusque lateris et os sterni ligamento-

rum naturalium ope cohaerent; prima, secunda et tertia vertebra lumborum fractae sunt, atque per callum non reunitae. Ex viro, qui, licet propter suspicionem caedis domini sui factae in carcere detineretur ex eoque ut fuga se eriperet, de sede ejus centum fere pedes alta sese in terram praecipitarit, novem tamen septimanas fracturae supervixit, atque satis vegetus et sanus fuit, nec vero ulla subsecuta fractorum ossium per callum reunione. Praeterea costa undecima sinistra olim fracta et succo osseo bene unita apparet. Memorabilem hunc casum beatus Büttner descripsit in opusculo suo germanico: *Anatomische Wahrnehmungen.*

2411. (No. 606.) Os brachii sinistrum quinquagenariae, in extremitate superiore fractum. Succus osseus quidem secretus est, pus autem effusum arrosit atque consumsit os, unde aegra succubuit.

2412. (No. 607.) Os brachii sinistrum viri. Caput fractura solutum nec callo reunitum est; aegrum febris hectica corripuit atque oppressit.

2413. (No. 608.) Os brachii dextrum viri quadraginta aliquot annorum, in extremitate inferiore fractura in duas portiones divisum. Hinc et illinc calli vestigia observantur, propter vehementem vero suppurationem conjunctio ossis fracti locum habere non potuit.

2414. (No. 609.) Os femoris ſiniſtrum viri, in extremitate ſuperiore fractum. Caput cum collo oblique fractum eſt. Trochanter major cum portione oſſis femoris ruptus eſt, et effuſo ſucco oſſeo cum oſſe femoris cohaeret.

2415. (No. 610.) Os femoris ſiniſtrum quadragenariae. Collum inter duos trochanteres fractum eſt. Variis locis oſſis fracti ſuccus oſſeus exſudavit, qui in regione trochanteris minoris varias eminentias acutas efformavit. Larga ſuppuratio perfectam oſſis fracti conjunctionem impedivit.

2416. (No. 611.) Os femoris ſiniſtrum viri, in extremitate ſuperiore fractum. Pus effuſum extremitatem ſuperiorem oſſis conſumſit; reliqua pars ſpina ventoſa primae ſpeciei quaquaverſum affecta, et cavum oſſis femoris pure arroſum eſt.

2417. (No. 612.) Os femoris ſiniſtrum viri quadraginta annorum ita fractum, ut caput cum collo, trochanter major cum portione extremitatis ſuperioris ſoluta ſint. Larga ſuppuratio et ſpina ventoſa primae ſpeciei partes fractas difformes reddiderunt. In extremitate ſuperiore femoris proceſſus aſperi et acuti cernuntur.

2418. (No. 613.) Os femoris ſiniſtrum viri triginta annorum, cujus caput cum collo, trochanter major cum conſpicua extremitatis ſuperioris portione fracta. Pus effuſum portiones fractas arroſit.

2419. (No. 614.) Os femoris dextrum feminae triginta aliquot annorum. Caput cum collo fractum; pus secretum portiones fractas ita arrosit, ut totum fere collum exesum sit.

2420. (No. 615.) Radius et ulna lateris dextri, viri quadraginta annorum. Radius in extremitate inferiore fractus ita, ut succo osseo denuo in statum pristinum restitutus sit. Ambo ossa spina ventosa adfecta sunt, imprimis radius.

2421. (No. 616.) Tibia et fibula lateris sinistri, viri quinquaginta sex annorum. Ambo ossa media fracta et callo iterum, at male conjuncta sunt.

2422. (No. 617.) Tibia et fibula lateris dextri, feminae quinquaginta annorum. Ambo ossa in medio fracta et pure exesa sunt.

### HOMINES REUNIONI SUPERVIXERUNT.

*OSSA FRACTA CALLO ITA DENUO CONJUNCTA, UT FIGURAM PRISTINAM ET LONGITUDINEM NATURALEM FERE RETINUERINT.*

2423. (No. 618.) Os brachii dextrum viri, in medio corpore oblique fractum et iterum callo bene conjunctum.

2424. (No. 619.) Tibia dextra viri, in parte superiore corporis oblique fracta. Festucae bene collectae et callo cum extremitatibus fractis junctae sunt, longitudo et figura eleganter conservatae, ut vix locus, quo fractura accidit, observari possit.

2425. (No. 620.) Tibia et fibula lateris sinistri, ligamentorum naturalium ope cohaerentes, in extremitatibus inferioribus oblique fractae sunt; quodlibet os per callum, pristinam figuram et longitudinem recuperavit. Ex femina quadraginta annorum.

2426. (No. 621.) Tibia et fibula sinistri lateris quinquagenariae. In extremitatibus inferioribus fractura obliqua disjunctae callo iterum junctae sunt.

2427. (No. 622.) Tibia et fibula sinistra viri. Illa media oblique fracta et per callum recta denuo conjuncta est. Haec extrema fracta per callum feliciter concrevit.

2428. (No. 623.) Os femoris cum patella lateris dextri. Ex viro. In extremitate superiore colli fractum et callo rursus unitum. Pus in articulatione depositum femur et patellam arrosit.

2429. (No. 624.) Caput viri triginta aliquot annorum. Globus tormentarius mediam maxillae inferioris partem ita contudit, ut in duas portiones divisa cernatur. Dextra processum coronoideum, condyloideum et superiorem rami partem comprehendit; sinistra processu condyloideo, coronoideo et ramo integro, et corporis maxillae portione usque ad dentem angularem constat. Licet infelix tantam perpessus sit maxillae inferioris destructionem, vulnus tamen consanuit et panem durum, imo nuces cum placeret, comminuere potuit.

*OSSA PER AMPUTATIONEM RESECTA.*

2430. (No. 625.) Extremitas superior radii et ulnae lateris dextri, viri triginta aliquot annorum. Propter cariem extremitate inferiore antibrachii amputando resecta, succus osseus ossis relicti margines obtegit.

2431. (No. 626.) Os femoris sinistrum quinquagenariae, cujus extremitas inferior amputata est; succus osseus superficiem resectam tegit. Arteriae cruralis truncus cera rubra repletus et quantum fieri potuit, in situ naturali relictus est.

2432. (No. 627.) Os femoris sinistrum quinquagenarii, cujus extremitate supra condylos resecta succus osseus superficiem resectam perfecte recondit.

2433. (No. 628.) Extremitas superior tibiae sinistrae, viri triginta annorum, amputata atque succo osseo tecta.

3045. Extremitas superior tibiae et fibulae dextrae amputata atque succo osseo tecta. Ex viro triginta sex annorum.

*OSSA FRACTA DEFORMIA.*

A FESTUCIS MALE COLLECTIS.

2434. (No. 631.) Clavicula dextra feminae triginta annorum, media oblique fracta et denuo sedi restituta.

2435. (No. 632.) Clavicula dextra viri triginta annorum, in posteriore corporis parte oblique fracta et reposita.

2436. (No. 633.) Ulna dextra feminae quadraginta aliquot annorum, in suprema corporis parte fracta et unita.

2437. (No. 634.) Tibia dextra feminae quinquaginta annorum, in extremitate inferiore transversim fracta et denuo in sede sua recondita.

2438. (No. 635.) Fibula dextra viri triginta annorum, in extremitate superiore oblique fracta et loco suo reddita.

2439. (No. 636.) Os femoris dextrum quinquagenarii, in extremitate inferiore oblique fractum; extremitates fractae sub angulo rursus succi ossei beneficio conjunctae sunt.

2440. (No. 637.) Os femoris dextrum quinquagenarii, in superiore corporis parte in varias portiones fractura obliqua solutum, callo, at prave rursus junctum.

2441. (No. 638.) Os femoris dextrum viri triginta annorum, ictu globi sclopetarii in inferiore corporis parte fractum, atque accedente novo succo osseo rursus conjunctum.

2442. (No. 639.) Os femoris sinistrum viri quadraginta annorum, in parte suprema corporis fractum, callo, licet male junctum.

2443. (No. 640.) Os femoris sinistrum quinquagenariae, in parte corporis inferiore fractura obliqua solutum, at tam male rursus callo unitum, ut os femoris sit brevius atque incurvatum. In facie posteriore colli femoris, inter trochanterem majorem et minorem, exostosis observatur.

2444. (No. 641.) Tibia et fibula sinistri lateris viri quadraginta duorum annorum. Ambo ossa in medio oblique fracta sunt.

Extremitates fractae sese non tangunt, sed altera alteri supposita, ut callo accedente ossa sub angulo obtuso juncta sint.

2445. (No. 642.) Tibia et fibula lateris sinistri viri quinquaginta annorum. Ambo ossa in medio fere corpore oblique fracta et callo rursus prave unita.

2446. (No. 643.) Tibia et fibula lateris sinistri per ligamenta naturalia cohaerentes. Ex quinquagenario. Tibia in parte superiore fracta callo quidem rursus unita, at incurvata est.

2447. (No. 644.) Tibia et fibula dextra adulti. Utrumque os fractura oblique solutum et callo male junctum.

2448. (No. 645.) Tibia et fibula dextra quadragenariae. Utrumque os in extrema parte inferiore fractura obliqua in duas partes divisum, denuo callo, at male conjunctum.

2449. (No. 646.) Tibia et fibula sinistra adulti. Tibia in extrema parte inferiore, et fibula in superiore fractura obliqua soluta, et callo male unita.

2450. (No. 647.) Os femoris dextrum sexagenarii. Collum inter trochanteres fractum est; multum succi ossei effluxit, qui collum quidem denuo, at prave conjunxit; collum sub angulo recto non unitum est.

A callo extra limites effuso.

2451. (No. 648.) Clavicula dextra viri triginta annorum, in medio fracta et multo succo osseo rursus conjuncta.

2452. (No. 649.) Os femoris dextrum quinquagenarii, in superiore parte, illico infra trochanterem minorem, fractum et callo rursus conjunctum.

*GINGLYMUS SEU ARTICULATIO OSSIUM NON NATURALIS.*

MULTO SUCCO OSSEO CIRCUMFUSA.

2453. (No. 650.) Ulna et radius lateris sinistri, viri triginta annorum. Vasa subtilissima materia ceracea rubra sunt expleta; periosteum de industria servatum est; utrumque os in extrema parte inferiore oblique fractum; multum succi ossei effusum est; callus ossa ita sociavit, ut articulatio, h. e. ginglymus formatus sit.

2454. (No. 651.) Os femoris dextrum viri quadraginta aliquot annorum, inter trochanteres fractum. Multum succi ossei effusum est, cujus circumferentia duos pollices et dimidium aequat; conjunctionis per callum perfectae loco, orta est articulatio seu ginglymus.

PAUCO VEL FERE NULLO SUCCO OSSEO CIRCUMFUSA.

2455. (No. 653.) Clavicula dextra viri quadraginta annorum, media fractura in duas partes divisa.

2456. (No. 654.) Radius et ulna dextra juvenis viginti annorum. Radius medius fractura in duas partes deductus. Ulna media fracturae obliquae vi soluta et calli ope, at male rursus conjuncta.

2457. (No. 656.) Os femoris sinistrum, viri triginta aliquot annorum. Caput ossis femoris fractura solutum, deinde inter trochanteres liberum habuit motum.

2458. (No. 657.) Os femoris, patella, tibia et fibula lateris dextri, viri, lapsu comminuta; succus osseus effusus quidem est, nec vero perfecta conjunctio est subsecuta. Portiones fracturae separatae sese non tangunt, et admirabilem inter se nexum constituunt.

---

2459 — 2461. (No. 658.) Tertia, quarta, quinta vertebra lumborum, ossa pelvis per ligamenta naturalia cohaerentia, utrumque os femoris feminae quinquaginta aliquot annorum. Lapsu in latus sinistrum, caput et collum ossis femoris sinistri fractum; acetabulum hoc lapsu valde concussum. Pus quidem in acetabulum effusum, attamen succus osseus non solum in acetabuli marginem exsudavit, processus unciformes formans, verum tota etiam acetabuli cavitas succo osseo fuit repleta, qui intime conjungere caput femoris cum acetabulo ipso videbatur, quare dum vivebat misera, femur in acetabulo movere non potuit. Si satis attente ossa fracta perlustramus, marginem acetabuli intumuisse videbimus, et multis atque variis eminentiis obsitum esse; acetabulum ipsum succo osseo repletum; caput femoris plane destructum; collum in corpus deforme mutatum; hoc et trochanterem majorem emi-

nentiis osseis unciformibus obsitum. Licet suprema pars colli deformis, cum acetabulo non naturali in sensu strictiori non concreverit, femur tamen in acetabulo moveri non poterat, propter eminentias asperas in acetabuli circumferentia positas et in collo erectas; quae sibi occurrentes motum femoris impediebant. Hoc exemplum docet fracturis ossium interdum anchylosin succedere.

De ossibus fractis in genere hoc annotari meretur. Si os fractum et callo rursus junctum secundum longitudinem secatur, succum osseum a solis vasis periostei externi effundi, immo vasa periostei externi in ipsum callum elongari, superficiem vero internam nullum habere callum, vel quod idem est, vasa periostei interni callum non regenerare videmus, id quod experimenta, quae sequuntur, confirmant.

2462. 2463. (No. 659.) Utrumque os femoris adolescentis viginti annorum. Vasa, nostra materia ceracea subtilissima, felicissime expleta rubent; periosteum de consilio servatum est. Ossa obliqua fractura soluta, callo quidem rursus sociata, at male, nam extremitates sibi impositae sunt. Miser tertia post fracturam septimana exspiravit. Ossa haec, serra secundum longitudinem, h. e. a capite usque ad condylos secta sunt. Itaque 1) succum osseum supra superficiem externam ossis fracti, minime vero supra internam, quae perfecte naturalis est, effundi videmus. 2) Vasa injecta superfi-

ciei externae ossis fracti, nec vero superficiei internae in ipsum callum elongari conspicimus.

2464. (No. 661.) Os femoris sinistrum quinquagenarii. Vasa injecta colore rubro superbiunt; periosteum bene servatum, et os secundum longitudinem est sectum. Eadem lex valet.

2465. (No. 662.) Tibia et fibula lateris dextri, viri quadraginta aliquot annorum. Vasa injecta fulgent, periosteum servatum est; ossa media oblique fracta et callo unita longitudinaliter secta sunt. Idem decursus periostei et vasorum, qui 2462 et 2463 tamquam lex naturae descriptus est.

2466. Tibia sinistri lateris, viri sexaginta aliquot annorum. Vasa sanguifera, subtilissima materia nostra ceracea, felicissime expleta colore rubro fulgent, et periosteum caute relictum os cingit. Tibia in medio quondam fracta, callo quidem denuo, at oblique juncta est.

## *LUXATIO OSSIUM.*

2467. (No. 668.) Caput feminae triginta aliquot annorum. Maxilla inferior cum processibus suis condyloideis in utroque latere ita a tubere articulari ossis temporum recessit, ut processus condyloidei cavitatem glenoidalem ossis temporum repleant, unde maxilla inferior immobilis facta est.

2468. (No. 669.) Scapula cum osse brachii lateris dextri, viri quadraginta quinque annorum. Luxatione caput ossis brachii

e cavitate glenoidali scapulae introrsum protrusum est, quare nova cavitas articularis in scapula exsculpta est, cavitate glenoidali ex toto fere obliterata. Ambae cavitates per lineam eminentem separantur. Caput ossis brachii continua frictione ex parte abrasum est. Tuberculum internum mole auctum et inaequale redditum est.

2469. (No. 670.) Scapula, clavicula et os brachii lateris dextri. Ex quinquagenario. Clavicula insolitam habet curvaturam, os brachii e cavitate pulsum, repositum non fuit; quare caput ossis brachii novam sibi, prope priorem, paravit articulationem. Inter ambas eminentia cernitur, utramque separans. Caput brachii diurna frictione diminutum atque asperum apparet. Pus post luxationem in capsulari ligamento effusum, quo ambae cavitates articulares, atque caput ossis brachii arrosum. In circumferentia cavitatis glenoidalis et in superiori acromii margine variae natae sunt eminentiae, quarum quae in acromio eminet, duos pollices longa est. Homo a resorpto pure hecticus exspiravit.

2470. (No. 671.) Luxatio radii, os brachii ulna et radius lateris dextri, viri triginta annorum. Radius sede sua elapsus, in superficie anteriore condyli externi ossis brachii cavum sibi paravit.

2471. 2472. (No. 672.) Os innominatum cum osse femoris lateris sinistri quinquagenariae. In juventute os femoris sur-

sum et retrorsum sede sua pulsum fuit. In osse innominato duo numerantur acetabula, alterum in sede solita, at diminutum apparet, alterum supra et paululum pone primam cavitatem collocatum est. Novi acetabuli margo eminentiis osseis unciformibus vestitur. Os femoris quodammodo extenuatum et caput quasi abrasum est.

2473. —— 2475. (No. 674.) Tres inferiores lumborum vertebrae, ossa pelvis ligamentis naturalibus cohaerentia et utrumque os femoris, viri triginta annorum. In juventute os femoris sinistrum sursum et retrorsum expulsum fuit. Caput ossis femoris et maxima pars colli destructa. Infima pars colli cartilagine obducta in superficiem articularem commutata est. Acetabulum naturale sinistrum plane fere obliteratum figuram triangularem exhibet. Retrorsum et extrorsum supra mediam incisuram ischiadicam observatur excavatio ovalis, quae recepit collum femoris sinistri ligamento capsulari junctum; acetabulum naturale membrana clausum apparuit, musculorum ossi innominato sinistro adhaerentium habitus et directio valde mutata. Si os innominatum et os femoris sinistrum cum dextro comparantur, sinistra minora et hebetiora dextris esse videmus. Pelvis a sinistro versus dextrum latus obliqua est. Os innominatum eodem modo se habet, quo 1694.

2476. (No. 678.) Os femoris, patella et tibia lateris sinistri, feminae quadraginta aliquot annorum. A luxatione, quae in

tenera aetate accidit, patella situm magis obliquum obtinuit; apex nimirum introrsum versus internum tibiae condylum sibi faciem articularem paravit, basis extrorsum vergit, superficies posterior cum condylo interno femoris articulationem tantum init. Condylus externus femoris non politus sed asper est. Hac prava ossis femoris, patellae et tibiae conformatione factum est, ut crus cum femore sub angulo fere recto cohaerens extendi non potuerit.

2477. (No. 679.) Luxatio patellae. Os femoris, patella, tibia et fibula ligamentorum naturalium ope cohaerent. Ex femina quadraginta octo annorum. Patella ita sede sua emota est, ut duos pollices supra condylos ossis femoris diurna frictione novam sibi exsculpserit cavitatem articularem. Ligamentum capsulare patellae in saccum amplum permutatum est, cujus extremitas inferior spinae tibiae infixa in os solidum mutata est, sursum in duo cornua vel alas divisum, quae pollices duos et dimidium a se distant. Ea pars ossificationis, inter condylos tibiae, in superficiem rotundam orbicularem mutata cernitur; hinc patellae articularis munere functa est.

2478. Tendo communis, musculorum, recti, cruralis et vastorum usque ad insertionem in spinam tibiae, patella, ligamentum capsulare femoris et cruris sacci instar dilatatum. Patella praegressa luxatione supra condylos femoris tracta fuit, duos

pollices infra patellam ordinariam in tendine communi, qui spinae tibiae inseritur; secundaria patella succo osseo effuso formata solitae patellae vicem obiit.

## *OSSA MALE CONFORMATA.*

2479. (No. 681.) Costa sexta sinistra viri triginta annorum. Extremitas anterior seu interna valde lata et bifurcata est.

2480. (No. 682.) Sexta costa dextra quadragenariae; extremitas anterior lata et bifurcata est.

2481. (No. 683.) Septima costa sinistra. Extus pars anterior bifurcata est, ut 2480. Ex viro.

2482. (No. 684.) Quarta costa sinistra eodem modo bifurcata est, quo 2480. Ex viro.

2483. (No. 685.) Sexta et septima colli vertebra, vertebrae dorsi et lumborum, costae et os sterni ligamentis naturalibus cohaerent. Ex viro triginta aliquot annorum. Tertia costa sinistra singularem habet formam, deficiunt enim media pars corporis et extremitas anterior; figuram claviculae fere habet. Cum extremitate posteriore more consueto cum secunda et tertia vertebra dorsi et cum processu transverso tertiae vertebrae dorsi cohaeret. Deinde antrorsum descendendo, arcum versus costam quartam describens, conjungitur cum eadem per superficiem articularem. In margine laterali corporis sterni cartilago deprehenditur quatuor circiter pollices longa, et in

cartilagine quartae costae pariter apophysis cartilaginea dimidium circiter longa observatur. Hac fabrica inter costam secundam et quartam conspicua apertura formata est, quae per membranam robustam propriam claudebatur et quae, dum homo vixit, vices musculorum intercostalium gerebat.

2484. (No. 686.) Clavicula dextra feminae praeter naturam curva et plana.

2485. (No. 687.) Scapula, clavicula et os brachii lateris sinistri, puellae sedecim annorum. Clavicula quidem habet figuram et longitudinem consuetam, at tantum quatuor lineas crassa est. Scapula paulo minor est, spina, acromion et processus coracoideus paulo teretiores apparent. Cavitas glenoidalis deficit et ejus loco margo politus splendens observatur. Os brachii quinque pollices longum et dimidium crassum curvatum est. In extrema parte superiore caput deficit, cujus loco duae eminentiae in extremitates obtusas desinentes cernuntur. Inter has eminentias faciecula polita splendens invenitur, quae articulationem init cum cavitate, quae in statu naturali glenoidalis appellari solet.

2486. — 2489. (No. 688.) Ambae claviculae, scapulae et ossa brachii, juvenis viginti annorum. Claviculae graciliores longitudinem habent ordinariam; ossa brachii valde brevia septem pollices cum dimidio longa sunt. Capita plana et quasi abrasa sunt. Hujus hominis corpus quinque pedes et

dimidium longum et exceptis brachiis brevioribus bene formatum fuit.

2490. (No. 691.) Sceleton viri triginta aliquot annorum gibbosi et deformis. In hoc sequentia annotanda occurrunt: in superficie corporis maxillae inferioris, tres lineas pone aperturam anteriorem canalis maxillaris, excrescentia decem linearum conspicitur, dentem molarem anteriorem priorem, cujus corona libere eminet, comprehendens. Columna vertebralis figuram S romani refert, unde costae lateris dextri magis posteriora versus retrusae sunt. Inferiores columnae spinalis vertebrae oblique ad os sacrum feruntur, unde ossis sacri directio mutata, a sinistro enim latere versus dextrum vergit. Os innominatum sinistrum minus est dextro; os pubis et ischii propius ad os sacrum accedit. Conjunctio ossis sacri cum osse innominato sinistro depressior est, quam in latere dextro. Longitudo ossis brachii dextri unius pedis, sinistri tantum sex linearum et dimidiae est, praeterea os brachii sinistrum curvum. Scapula et clavicula dextra majores sunt sinistra. Radius et ulna lateris dextri est crassior atque pollicem longior, quam sinistri lateris; ossa manus dextrae longiora et validiora sunt, quam sinistrae. Omnia ossa extremitatum inferiorum tenuiora atque breviora; femora incurvata, ossa pedis sinistri paulo tenuiora sunt, quam dextri.

2491. Sceleton feminae, cujus ossa filis metallicis cohaerent, ex qua partes genitales 556 exemtae sunt.

Longitudo sceleti est quatuor pedum et septem pollicum.

Femur et crus arcus instar curvata sunt.

Dimensiones pelvis sunt, quae sequuntur:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Aperturae | superioris | diameter major . . | 5 Pollices | 4 | Lineas. |
| | | ——— minor . . | 2 ——— | 7 | ——— |
| | inferioris | diameter major . . | 4 ——— | 3 | ——— |
| | | ——— minor . . | 3 ——— | 11 | ——— |
| Distantia inter spinas ossium ischii . . . | | | 4 ——— | 9 | ——— |
| Curvatura ossis sacri . . . . . . . . . | | | 0 ——— | 8 | ——— |

Distantia inter spinas anteriores superiores ossium ilei undecim pollices aequat.

---

EX ANIMALIBUS.

---

# FRACTURAE OSSIUM.

2492. 2493. (No. 667.) Utraque ala ardeae, quarum ossa diversis locis oblique fracta, et succo osseo rursus, licet perperam, sociata sunt.

2494. Portio ossium infimam pedis anterioris cervi partem componentium. Ictu globi sclopetarii ossa in multa et varia frusta

diffracta sunt, et novo succo osseo accedente, irregulariter inter se cohaerent.

2495. (No. 666.) Os femoris sinistrum, leporis, medium oblique fractum; verum magna copia succi ossei effusa frustula denuo juncta sunt.

2496. (No. 665.) Ossa pedis anterioris dextri, ovis, ligamentis naturalibus cohaerentia. Os antibrachii in medio fractum et callo bene rursus junctum.

2497. (No. 664.) Os brachii dextrum, equi, medium fractura obliqua in plures portiones divisum, quae succi ossei interfluxu inter se cohaerent. Equus duobus mensibus post fracturam periit.

## *S P A T H.*

(*Morbus equorum germanice sic dictus.*)

2498 — 2531. (No. 692 — 704.) Viginti ossa tarsi et quatuordecim metatarsi partim cum, partim sine anchylosi juncta. Ex equis. Omnia haec ossa perfectam, morbi equorum germanice *Spat* et gallice *éparvin* dicti, historiam exhibent; in his enim hujus morbi principium et summum gradum observare licet. Spinae ventosae primae speciei est simillimus; sunt enim ossa, in extremitatibus articulatoriis, variis excrescentiis spinosis duriusculis obsita.

## *EXOSTOSIS.*

2532. (No. 444.) Exostosis maxillae inferioris. Ex equo. In facie externa lateris dextri, non procul a margine inferiore maxillae inferioris observatur exostosis figurae rotundae, stylum habens sex lineas longum et decem crassum. Exostosis ipsa rotunda diametrum habet duorum pollicum.

3049. Os femoris dextri lateris, gallinae, in quo ingens exostosis observatur figurae fere oviformis. Diameter major duos pollices, minor unum pollicem novem lineas capit.

## *ANCHYLOSIS.*

2533. (No. 464.) Media pars columnae dorsalis, equi. Vertebrae eadem ratione, qua 2247, anchylosi inter se junctae sunt.

# SECTIO SECUNDA.

## OSSA NATURALIA.

### EX HOMINIBUS.

## *SCELETON.*

### *EMBRYONIS.*

2534. Sceleton embryonis unius mensis.

2535. Sceleton embryonis unius mensis et dimidii.

2536. Sceleton embryonis duorum mensium.

2537. Sceleton embryonis duorum mensium et dimidii.

2538. Sceleton embryonis trium mensium.

2539. Sceleton embryonis trium mensium et dimidii.

2540. Sceleton embryonis quatuor mensium.

2541. 2542. Duo sceleta embryonum gemellorum quatuor mensium.

2543. Sceleton embryonis quatuor mensium et dimidii.

2544. Sceleton embryonis quinque mensium.

2545. Sceleton embryonis quinque mensium.

2546. Sceleton embryonis quinque mensium et dimidii.

2547. Sceleton embryonis sex mensium.

3029. Ossa totius corporis separata, embryonis sex mensium.

2548. 2549. Duo sceleta embryonum gemellorum septem mensium.

## *INFANTIS.*

2550. Sceleton infantis legitimo termino nati.

2551. Sceleton infantis trium mensium post partum, cum tredecim costis in quolibet latere.

2552. Sceleton infantis unius anni.

2553. Sceleton infantis unius anni et dimidii.

2554. Sceleton infantis duorum annorum.

2555. Sceleton infantis duorum annorum et dimidii.

2556. Sceleton infantis trium annorum et dimidii.

2557. Sceleton infantis sex annorum.

## *ADULTI.*

### VIRI.

2558. Sceleton juvenis novemdecim annorum. In hoc eleganti sceleto epiphyses ossa ornant.

2559. Sceleton viri triginta annorum.

2560. Elegans sceleton viri praegrandis. In capite et extremitatibus superioribus et inferioribus ginglymi ex orichalco confecti sunt, quorum ope omnes motus imitari possumus.

3039. Sceleton viri praegrandis, septem pedes altum.

3040. Sceleton viri praegrandis, septem pedes tres pollices altum.

### F E M I N A E.

2561. Sceleton feminae triginta annorum.

2562. Sceleton feminae, cujus ossa filis metallicis juncta retinentur; in articulationibus ossis brachii cum scapula et ossis femoris cum acetabulo pariter ginglymi ex orichalco confecti adhibiti sunt.

2563. Sceleton feminae aethiopicae triginta quatuor annorum.

## *OSSA TOTIUS CORPORIS, APTA AD PARANDUM SCELETON.*

### V I R I.

2564. Juvenis viginti quatuor annorum.

2565. Viri triginta sex annorum.

2566. Viri triginta quatuor annorum.

2567. Viri triginta duorum annorum.

### F E M I N A E.

2568. Feminae viginti septem annorum.

2569. Feminae triginta annorum.

2569. *a.* 2569. *b.* Ossa corporis separata, nec completa. Ex duabus adultis.

Sceleta supra dicta inter millena sunt selectissima.

# C A P U T.

## A D U L T I.

### Viri.

2570 — 2574. Quinque capita cum triginta duobus dentibus, nimirum sedecim dentibus in maxilla superiore et totidem in maxilla inferiore.

2575. Caput aethiopis.

2576. Caput aethiopis adulti.

2577. Caput aethiopis adulti.

2578 — 2591. Quatuordecim capita virorum.

2592. Caput viri, in quo inter ossa bregmatis et angulum lambdoideum ossis occipitis, os Wormianum quadrilaterum videre licet, cujus latus pollicem unum et dimidium capit.

2593. Cranium viri, in quo inter os frontis et angulos anteriores superiores ossium bregmatis observatur os Wormianum pollicem dimidium latum et unum cum dimidio longum.

2594. Caput viri, quod singularem habet configurationem. Ossa nasi plana et perpendiculariter posita sunt, apertura anterior cavi narium rotunda est, maxilla inferior antrorsum ita praelongata est, ut dentes maxillae inferioris a dentibus maxillae superioris plus, quam pollicem unum remoti sint, unde tota facies valde excavata apparet. Difficile est expli-

catu, quomodo hic homo cibos dentibus comminuere, immo fluida commode deglutire potuerit.

FEMINAE.

2595. Caput feminae cum triginta duobus dentibus, sedecim in maxilla superiore et totidem in inferiore.

2596 — 2613. Octodecim capita feminarum.

2614. Caput vetulae octoginta annorum.

*INFANTIS.*

2615 — 2623. Capita infantum legitimo termino natorum.

*AD DISSUENDUM APTUM.*

2624 — 2656. *c.* Triginta sex capita varii sexus, a decimo sexto usque ad vigesimum annum, quae aetas aptissima est ad capita dissuenda.

*DISSUTUM.*

COMPLETUM.

2657 — 2680. Viginti quatuor capita varii sexus dissuta, completa.

INCOMPLETUM.

2681 — 2709. De his vide tabulam adpositam, in qua omnia et singula ossa enumerantur.

*NONNULLA SINGULA OSSA CAPITIS.*

2710. Os sphoenoidale, os occipitis. Ex adulto.

2711. Os sphoenoidale, os occipitis. Ex adulto.

## *Viginti novem capita dissuta varii sexus incompleta.*

| Nrus. | Os frontis. | bregmatis. | occipitis. | temporum. | sphoenoidale. | ethmoidale. | maxillare superius. | palatinum. | nasale. | lacrymale. | zygomaticum. | turbinatum. | vomer. | maxillare inferius. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 2681. | Adest. | Utrumque. | Adest. | Utrumque. | Adest. | Adest. | Utrunque. | Dextrum. | Utrumque. | Utrumque. | Deest. | Utrumque. | Adest. | Adest. |
| 2682. | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | Utrumque. | — | — | — |
| 2683. | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — |
| 2684. | — | — | — | — | Deest. | Deest. | — | Utrumque. | — | — | — | Deest. | — | — |
| 2685. | — | — | — | — | — | — | — | Sinistrum. | — | — | — | Sinistrum. | — | — |
| 2686. | — | — | — | — | Adest. | — | — | — | Deest. | — | — | Deest. | Deest. | — |
| 2687. | — | — | Deest. | Sinistrum. | — | Adest. | — | Deest. | Utrumque. | — | — | Dextrum. | — | — |
| 2688. | Deest. | — | Adest. | Utrumque. | — | — | — | Utrumque. | Deest. | Deest. | — | Utrumque. | — | — |
| 2689. | Adest. | Deest. | — | — | — | Deest. | — | — | Utrumque. | Utrumque. | — | — | — | — |
| 2690. | — | Utrumque. | Deest. | Sinistrum. | Deest. | — | — | Sinistrum. | — | Dextrum. | — | Deest. | — | — |
| 2691. | Deest. | — | — | Utrumque. | Adest. | Adest. | Dextrum. | Utrumque. | Sinistrum. | Deest. | — | Utrumque. | Adest. | — |
| 2692. | Adest. | Deest. | Adest. | — | Deest. | Deest. | Utrumque. | Deest. | Utrumque. | Dextrum. | Dextrum. | Deest. | Deest. | Deest. |
| 2693. | — | Utrumque. | Deest. | Dextrum. | — | Adest. | — | — | Dextrum. | Deest. | Utrumque. | — | — | Adest. |
| 2694. | — | — | Adest. | — | — | — | Sinistrum. | Dextrum. | Utrumque. | Sinistrum. | — | Utrumque. | Adest. | Deest. |
| 2695. | — | — | — | Deest. | — | Deest. | Dextrum. | Deest. | — | Deest. | — | Deest. | — | Adest. |
| 2696. | Deest. | Deest. | Deest. | — | Adest. | Adest. | Deest. | Utrumque. | Deest. | — | Deest. | — | — | Deest. |
| 2697. | Adest. | Sinistrum. | Adest. | Utrumque. | Deest. | Deest. | Utrumque. | Deest. | Sinistrum. | Utrumque. | Utrumque. | Utrumque. | — | Adest. |
| 2698. | — | Utrumque. | Deest. | — | Adest. | Adest. | — | Utrumque. | Utrumqne. | — | — | — | Deest. | — |
| 2699. | Deest. | Dextrum. | — | Deest. | Deest. | Deest. | Deest. | Sinistrum. | — | Deest. | Deest. | Deest. | — | Deest. |
| 2700. | — | Sinistrum. | Adest. | — | — | — | Utrumque. | Utrumque. | Deest. | — | Utrumque | Dextrum. | — | — |
| 2701. | — | Deest. | Deest. | — | Adest. | Adest. | — | — | Utrumque. | Utrumque. | — | Utrumque. | Adest. | — |
| 2702. | Adest. | — | Adest. | Utrumque. | — | — | Sinistrum. | — | Deest. | Deest. | Deest. | Sinistrum. | — | — |
| 2703. | Deest. | Utrumque. | — | — | Deest. | Deest. | Utrumque. | — | Utrumque. | — | Utrumque | Utrumque. | — | Adest. |
| 2704. | Adest. | — | — | — | — | Adest. | — | — | — | Utrumque. | — | — | Deest. | — |
| 2705. | — | — | — | — | Adest. | Deest. | — | Dextrum. | — | — | — | Deest. | Adest. | Deest. |
| 2706. | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — |
| 2707. | — | Deest. | Deest. | — | — | Adest. | — | Deest. | Sinistrum. | — | — | Utrumque. | Deest. | — |
| 2708. | Deest. | — | Adest. | Deest. | — | — | — | Utrumque. | Deest. | Deest. | Sinistrum | Deest. | Adest. | — |
| 2709. | — | — | — | — | — | Deest. | Deest. | Dextrum. | — | — | — | — | — | — |

2712. Decem ossa ethmoidalia, vario modo secta. Ex adultis.

2713. Ambo ossa bregmatis, temporum, os occipitis. Ex adulto.

2714. Duo capita, in quorum osse occipitis ingens protuberantia externa observatur. Ex adultis.

2715 — 2739. Viginti quatuor ossa bregmatis dextri et sinistri lateris. Ex adultis.

2740 — 2744. Quinque ossa frontis, ex adultis. In 2744 ingens spina nasalis, longitudine decem linearum, observatur. Ex adultis.

2745 — 2753. Novem ossa temporum dextri et sinistri lateris. Ex adultis.

## *CALVARIA INFANTIS.*

2754. Calvaria infantis quatuor mensium.

2755. Calvaria infantis sex mensium.

2756. Calvaria infantis novem mensium.

2757. Calvaria infantis unius anni.

2758. 2758. *a.* Duae calvariae infantis anni unius et dimidii.

2759. Calvaria infantis duorum annorum.

2760. Calvaria infantis annorum duorum et dimidii.

2761. Calvaria infantis trium annorum.

2762. Calvaria infantis quatuor annorum.

In his calvariis nobis observare licet, quomodo fontanella sic dicta paulatim claudatur. In infante quatuor annorum perfecte jam clausa est.

### *MAXILLA INFERIOR.*

2763 — 2787. Viginti quinque maxillae inferiores. Ex adultis.

# *TRUNCUS.*

## *OS HYOIDEUM.*

### Viri.

2788. 2789. Ossa hyoidea ex viris.

### Feminae.

2790. 2790. *a.* Ossa hyoidea ex feminis.

## *COLUMNA VERTEBRALIS.*

### Vertebrae numero ordinario.

### *Adulti.*

#### Viri.

2791. Vertebrae colli, dorsi et lumborum. Ex adulto.

2792. Vertebrae colli, dorsi, lumborum et costae in utroque latere ope filorum ex orichalco confectorum cohaerentes. Ex viro.

2793. Simile. Ex viro.

#### Feminae.

2794. Simile. Ex femina.

2795. Vertebrae colli, dorsi, lumborum, costae in utroque latere, os sterni, claviculae et scapulae, ope filorum ex orichalco confectorum cohaerentia. Ex femina.

### INFANTIS.

2795. *a.* Vertebrae colli, dorsi, lumborum, os sacrum et coccygis, per ligamenta naturalia cohaerent. Ex infante duorum annorum.

2795. *b.* Vertebrae colli, dorsi, lumborum et ossa pelvis, per ligamenta naturalia cohaerentia. Ex infante femina trium annorum.

### VERTEBRAE NUMERO NON ORDINARIO.

2796. Vertebrae colli, dorsi, lumborum, os sacrum, os coccygis et ossa innominata, costae et os sterni. Ex adulto. In hoc subjecto tantum undecim vertebrae dorsi et in utroque latere undecim costae deprehenduntur.

2797. Vertebrae dorsi, lumborum, os sacrum, coccygis, ossa innominata, costae, quae in medio corpore resectae sunt. In hoc subjecto numeramus tredecim vertebras dorsales et in utroque latere tredecim costas. Ex adulto.

## *PELVIS.*

### VIRILIS.

2798. Ambo ossa innominata, et os sacrum. Ex viro.

2799. Ambo ossa innominata, os sacrum et coccygis. Ex viro.

2800. Ambo ossa innominata, os sacrum et coccygis. Ex viro.

2801. Ambo ossa innominata et os sacrum. Ex viro.

2802. Ambo ossa innominata et os sacrum. Ex viro.

2803. Ambo ossa innominata. Ex viro.

2804. Ambo ossa innominata adolescentis viginti sex annorum.

2805. 2806. Duo ossa coccygis. Ex viris.

### F E M I N E A.

2807. Ambo ossa innominata et os sacrum. Ex femina.

2808. Os innominatum dextri lateris, os sacrum et coccygis, feminae viginti annorum.

2809. Ambo ossa innominata, feminae.

2810. Os innominatum dextri lateris, feminae viginti annorum.

2811. Os innominatum dextri lateris, puellae viginti annorum.

2812. 2813. Duo ossa innominata sinistri lateris. E puellis octodecim annorum.

2814. Ambo ossa innominata, puellae quatuordecim annorum. In hoc observatur conjunctio ossis ilei, ischii et pubis in acetabulo. Exemplum rarissimum.

2815. Os innominatum sinistri lateris. E puella decem annorum. Perpendiculariter per medium sectum.

2816 — 2818. Tria ossa coccygis. Ex feminis.

## *C O S T A E.*

### *D E X T R I L A T E R I S.*

2819. 2820. Duodecim costae dextri lateris. Ex adultis.

### *S I N I S T R I L A T E R I S.*

2821. 2822. Duodecim costae sinistri lateris. Ex adultis.

### *OS STERNI.*

2823 — 2826. Quinque oſſa sterni cum cartilaginibus. Ex junioribus.

2827 — 2835. Novem oſſa sterni cum cartilaginibus. Ex adultis.

# *EXTREMITAS SUPERIOR.*

## *HUMERUS.*

### CLAVICULA.

#### *DEXTRI LATERIS.*

2836 — 2842. Octo claviculae dextri lateris. Ex adultis.

#### *SINISTRI LATERIS.*

2843 — 2850. Octo claviculae sinistri lateris. Ex adultis.

### SCAPULA.

#### *DEXTRI LATERIS.*

2851 — 2859. Octo scapulae dextri lateris. Ex adultis.

#### *SINISTRI LATERIS.*

2860 — 2866. Septem scapulae sinistri lateris. Ex adultis.

### *BRACHIUM.*

#### *DEXTRI LATERIS.*

2867 — 2869. Tria oſſa brachii dextri lateris. Ex adultis.

#### *SINISTRI LATERIS.*

2870 — 2873. Quatuor oſſa brachii sinistri lateris. Ex adultis.

## *ANTIBRACHIUM.*

### ULNA.

*DEXTRI LATERIS.*

2874 — 2880. Septem ulnae dextri lateris. Ex adultis.

*SINISTRI LATERIS.*

2881 — 2886. Septem ulnae sinistri lateris. Ex adultis.

### RADIUS.

*DEXTRI LATERIS.*

2887 — 2894. Octo radii dextri lateris. Ex adultis.

*SINISTRI LATERIS.*

2895 — 2906. Duodecim radii sinistri lateris. Ex adultis.

### *MANUS.*

*DEXTRI LATERIS.*

2907. Ossa manus dextri lateris. Ex adultis.

*SINISTRI LATERIS.*

2907. *a.* Ossa manus sinistri lateris. Ex adultis.

# *EXTREMITAS INFERIOR.*

## *FEMUR.*

*DEXTRI LATERIS.*

2908 — 2913. Sex ossa femoris dextri lateris. Ex adultis.

*SINISTRI LATERIS.*

2914 — 2919. Sex ossa femoris sinistri lateris. Ex adultis.

## *CRUS.*

### PATELLA.

*DEXTRI LATERIS.*

2920. Duae patellae dextri lateris. Ex adultis.

*SINISTRI LATERIS.*

2920. *a*. Duae patellae sinistri lateris. Ex adultis.

### TIBIA.

*DEXTRI LATERIS.*

2921 — 2924. Quatuor tibiae dextri lateris. Ex adultis.

*SINISTRI LATERIS.*

2925 — 2928. Quatuor tibiae sinistri lateris. Ex adultis.

### FIBULA.

*DEXTRI LATERIS.*

2929 — 2933. Quinque fibulae dextri lateris. Ex adultis.

*SINISTRI LATERIS.*

2934 — 2937. Quatuor fibulae sinistri lateris. Ex adultis.

### PES.

*DEXTRI LATERIS.*

2938. Ossa pedis dextri lateris. Ex adultis.

*SINISTRI LATERIS.*

2938. *a*. Ossa pedis sinistri lateris. Ex adultis.

## Ex animalibus.

# SCELETA.

## QUADRUPEDIUM.

2939. Sceleton simiae praegrandis.

2940. Sceleton simiae non caudatae.

2941. Sceleton simiae minoris.

2942. Sceleton vaccae.

2943. Sceleton equi.

2944. Sceleton canis molossi.

2945. Sceleton lupi.

2946. Sceleton melis. Arteriae totius corporis materia ceracea rubra sunt repletae. Tunica Schneideriana omnes cavi narium sinuositates ambit, et elegantissimis vasis picta obseruatur. Idoneae ad organon odoratus explicandum sectiones in capite sunt institutae.

2947. Sceleton mustelae Putorii.

2948. Sceleton erinacei Europaei.

2949. Sceleton sciuri vulgaris.

2950. Sceleton mustelae foinae.

2951. Sceleton leporis cuniculi.

2952. Sceleton caviae porcelli.

2953. Sceleton felis cati.

2954. Sceleton muris ratti.

2955. Sceleton arietis.

2956. Sceleton vulpis.

2957. Sceleton lyncis. Totius corporis arteriae materia ceracea rubra sunt infarctae. In capite idoneae sectiones sunt factae ad organon odoratus explorandum, et tunicam Schneiderianam narium in omnes sinuositates meantem, vasis elegantissimis ornatam observandam.

*A M P H I B I O R U M.*

2958. Sceleton castoris.

2958. *a.* Cutis detracta caudae castoris.

2959. 2960. Duo sceleta phocae.

2961. Sceleton testudinis.

*A V I U M.*

2962. Sceleton otidis tardae.

2963. Sceleton gruis cum arteria aspera per os sterni transeunte.

2964. Simile sceleton.

2965. Sceleton ardeae nigrae.

2966. Sceleton ardeae ciconiae.

2967. Sceleton ardeae majoris.

2968. Sceleton ardeae stellaris.

2969. Sceleton anatis cygni.

2970. Sceleton aquilae.

2971. Sceleton pavonis.

2972. Sceleton galli domestici majoris.

2973. Sceleton strigis bubonis.

2974. Sceleton strigis aluconis.

2975. Sceleton corvi coracis.

2976. Sceleton psittaci Macaonis.

2977. Sceleton psittaci majoris.

2978. Sceleton psittaci sulphurei.

2979. Sceleton accipitris majoris.

2980. Sceleton accipitris paulo minoris.

2981. Sceleton accipitris adhuc minoris.

2982. Sceleton tringae Vanelli.

2983. Sceleton falconis Nisi.

2984. Sceleton loxiae Chloridis.

2985. Sceleton vespertilionis.

2986. Duo sceleta struthionis-cameli incompleta.

*Sequentibus praeparatis Museum anatomicum fuit auctum; quorum numeri in Sectionibus legitimis sunt quaerendi.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 2987. | inter | 260 | et | 261. |
| 2988. | — | 485 | — | 486. |
| 2989. | — | 792 | — | 793. |
| 2900. | — | 798 | — | 799. |
| 2991. | — | 826 | — | 827. |
| 2992. | — | 826 | — | 827. |
| 2993. | — | 826 | — | 827. |
| 2994. | — | 826 | — | 827. |
| 2995. | — | 827 | — | 828. |
| 2996. | — | 826 | — | 827. |
| 2997. | — | 828 | — | 829. |
| 2998. | — | 1093 | — | 1094. |
| 2999. | — | 814 | — | 815. |
| 3000. | — | 833 | — | 834. |
| 3001. | — | 833 | — | 834. |
| 3002. | — | 863 | — | 864. |
| 3003. | — | 464 | — | 465. |
| 3004. | — | 495 | — | 496. |
| 3005. | — | 505 | — | 506. |
| 3006. | — | 506 | — | 507. |
| 3007. | inter | 506 | et | 507. |
| 3008. | — | 506 | — | 507. |
| 3009. | — | 507 | — | 508. |
| 3010. | — | 507 | — | 508. |
| 3011. | — | 508 | — | 509. |
| 3012. | — | 523 | — | 524. |
| 3013. | — | 523 | — | 524. |
| 3014. | — | 530 | — | 531. |
| 3015. | — | 533 | — | 534. |
| 3016. | — | 832 | — | 833. |
| 3017. | — | 1095 | — | 1096. |
| 3018. | — | 1101 | — | 1102. |
| 3019. | — | 826 | — | 827. |
| 3020. | — | 1093 | — | 1094. |
| 3021. | — | 1068 | — | 1069. |
| 3022. | — | 1068 | — | 1069. |
| 3023. | — | 1047 | — | 1048. |
| 3024. | — | 711 | — | 712. |
| 3025. | — | 809 | — | 810. |
| 3026. | — | 829 | — | 830. |

3027. inter 826 et 827.
3028. — 1692 — 1693.
3029. — 2547 — 2548.
3030. — 1715 — 1716.
3031. — 1715 — 1716.
3032. — 1761 — 1762.
3033. — 1761 — 1762.
3034. — 1761 — 1762.
3035. — 1761 — 1762.
3036. — 1858 — 1859.
3037. — 1858 — 1859.
3038. — 1884 — 1885.
3039. inter 2560 et 2561.
3040. — 2560 — 2561.
3041. — 2182 — 1283.
3042. — 2189 — 2190.
3043. — 2247 — 2248.
3044. — 2226 — 2227.
3045. — 2433 — 2434.
3046. — 2189 — 2190.
3047. — 2249 — 2250.
3048. — 2249 — 2250.
3049. — 2532 — 2533.

## *VARIA.*

3050. Caput equi legitimo termino nati dissutum.

3051 — 3068. Octodecim pulmones. Ex hominibus variae sexus et aetatis, quorum fabrica variis experimentis est explorata.

3069. Nonnulla viscera ex variis animalibus, quorum vasa diversis coloribus sunt tincta.

3070. Varia ossa hominum et animalium.

EX OFFICINA FRATRUM WEGENER, TYPOGRAPHORUM.
Berolini, *alte Grünstraſse*, No. 18.